DIPTEROLOGIAE ITALICAE
PRODROMUS

A. CAMILLO RONDANI

VOL. V.

SPECIES ITALICÆ

ORDINIS DIPTERORUM

IN GENERA CHARACTERIBUS DEFINITA, ORDINATIM COLLECTÆ, METHODO ANALITICA DISTINCTÆ, ET NOVIS VEL MINUS COGNITIS DESCRIPTIS

AUCTORE

CAMILLO RONDANI

R. ORDINIS SS. MAURITII ET LAZARI EQUITE — IN R. ATHÆNEO PARMENSI PROFESSORE — SOCIETATIS ENTOMOLOGICÆ PARISIENSIS — R. ACCADEMIÆ GEORGOFILORUM FLORENTINÆ — SOCIETATIS ZOOLOGICÆ ET BOTANICÆ WINDOBONENSIS — ACCADEMIÆ NATURÆ CURIOSORUM NEAPOLITANÆ — SOCIETATIS ENTOMOLOGICÆ STETINENSIS — SOCIETATIS REI AGRARIÆ REGII LEPIDI — ATHÆNEI BASSANENSIS — ACCADEMIÆ CONCORDIUM RHODIGII — SOCIETATIS ITALICÆ SCIENTIARUM NATURALIUM, ET ACCAD. PANORMITANÆ SODALE ETC. ETC.

PARS QUARTA

MUSCIDÆ

PHASIINÆ — DEXINÆ — MUSCINÆ — STOMOXIDINÆ

PARMÆ

EX TIPOGRAPHIA PETRI GRAZIOLI

1862.

V.5-6
INS

Stirps XIII. PHASIINÆ

Gen. 3 (A) HYALOMYA *Desv.* (*) *Dufr.*

Alophora. *p. Mgn: Rnd:* — **Phasia.** *Latr: Fall: Mgn: Zett: Walk:* — **Conops**: *Lin:* — **Thereva.** *Fabr: Pnz:*

Char: Gen:

ntennæ sat. breves, articulo tertio non manifeste longiore præcedente — *Oculi* utriusque sexus in fronte satis proximi — *Alarum* vena quinta longitudinalis arcuatim cubitata; a cubito ad apicem non intus flexa, et quartæ conjuncta satis longe a costali; ista ad apicem non curvatim quartæ conjuncta: angulo apicali a venis quarta et quinta efformato, vel subrecto, vel non distincte acuto — *Abdomen*, præsertim in masculis depressum, pilosum, sed setis validis destitutum — *Tarsi.* anteriores neque in maribus dilatati, sed in hoc sexu pulvillis et uncis manifeste longioribus (specie excepta *pusilla*)

(*) Nunc, ut puto, genus hoc Desvoidii, exemplo clar Macquartii, optandum est, et etiam novum condendum pro specie italica nuper venta; ideo nunc Alophoras Prodromi, sic generice dsitinctas propono

Species Italicæ (*)

A. *Vibrissæ* utriusque sexus, in setis facialibus distinct — Thorax in mare, macula flava, antice trifid destitutus.

B. *Abdomen* saltem in segmentis duobus apicalibus distinct et determinate cinereum vel griseum.

C. *Halteres* nigricantes in utroque sexu

Sp. 1 Pusilla *Mgn.*

A· *Venæ* longitudinales *quarta* et *quinta*, ad apicem, angullu subrectum, vel non manifeste acutum efformantes — *Quinta* supr cubitum intus non flexa.

Gan J. (A) Hyalomya. *Desv.*

AA. *Venæ* longitudinales *quarta* et *quinta*, angulum acutum, a apicem efformantes — *Quinta* supra cubitum, magis vel minus intu flexa.

B. *Vibrissæ* in setis facialibus non distinctæ, setis omnibu sub-œqueo validiusculis — *Tarsi* anteriores in masculis sat dilatati

Gen. J. (B) Alophora. *Desv.*

BB. *Vibrissœ* in setis oralibus distinctœ — *Tarsi* omnes, i utroque sexu simplices, seu non dilatati

Gen. J (C) Phorantha *Mihi.*

(*) Species aliquæ generis hujus in Italia huc usque non lectæ, facilius in peninsula vel insulis nostris reperiendæ sunt, et tunc, ne

CC. *Halteres* lutei.

D. *Abdomen* in segmento primo toto, nisi in duobus basalibus, nirgroopacum, segmentis duobus vel tribus posticis cinereis

E *Abdominis* segmenta duo prima tota nigra, duo postica griseo-cinerea

Sp. 2. Semicinerea *Mgn.*

EE. *Abdominis* segmentum primum tantum sed totum nigrum; tria apicalia vel tota vel postice late cinerea

. *Alæ* marium (**) dilute, et totæ fuscæ, in medio non distincte fusciores. *Abdomine* inferne et femoribus ad basim albo pilosis

Sp. 3. Muscaria *Fall.*

F. *Alæ* marium late fuscæ, in medio fuscedine sat obscuriore — Abdomine inferne, et femoribus etiam ad basim fusco-pilosis

Sp. 4. Obesa *Fabr.*

D. *Abdominis.* etiam segmentum. basale, totum, vel late griseum aut cinereum

---

stinctionis notæ in tabula analitica inscriptæ, insufficientes sint, iis speciebus, a me observatis, vel germanicis vel gallicis auctam, eriem Hyalòmyarum hic redigo.

(**) In hoc ut in aliis generibus hujus stirpis, plures species nisi aracteribus masculorum distinguendæ, quarum fæminæ vix aut non anifeste diversæ videntur in diversis speciebus.

G. *Abdomen* cinereo-canum ♀ ♂ non griseo sublutescens, *Alæ* maris plus minusve infuscatæ, etiam apice fusco.

H. *Alæ* maris fuscedine in margine antico usque ad apicem continuata, seu in costa ante apicem non interrupta — *Abdominis* incisuræ segmentornm nigronitidi limbatœ.

Sp. 5. FULIGIPENNIS *Mihi.*

HH. *Alæ* maris fuscedine in costa ante apicem interrupta — Abdominis incisuræ segmentorum non nigro-nitidœ, sed cinerei unicolores.

Sp. 6. UMBRATA *Walb.*

GG. *Abdomen* griseo-subluteum ♂ ♀ non cinereo-canum — *Alæ* maris fuscedine ad apicem non extensa, seu apice hyalino.

Sp. 7. MURINA *Mihi*

BB. *Abdomen* totum vel fere totum nigro-metallicum, vel migro cœruleum, (*) non aut parum cineri adspersum præsertim ad latera.

(*) Species duœ Fallenii *Pygmea* et *Hyalipennis,* ab auctoribus *Phasiinis* adscriptæ, hic locum haberent. nisi *Tachininarum* stirpi eas pertinere crederem, ubi in serie specierum generis *Steveniæ* ennumeratæ fuerunt in Prodromi Tom. IV. Pag. 147: 148 — A *Phasiinis* removendas esse putavi, præsertim, quia *vibrissas* longas et decussatas præbent, prææter alias notas minoris momenti.

. *Alæ* maris totæ infuscatæ limbo postico dilutiore; fuscedine nec ad apicem nec ante apicem interrupta in costa

Sp. 8. ATROPURPUREA *Mgn.*

I. *Alæ* maris partim fuscœ, partim hyalinæ, apice vel ante apicem fuscedine in costa interrupta.

K. *Alæ* maris late fuscæ, areolis in medio vittis hyalinis distinctis.

Sp. 9. AREOLARIS *Mihi.*

KK. *Alæ* maris late hyalinæ, fascia fusca, per venas transversarias transeunte.

L. *Calyptra* etiam in squamis inferis albicantia.

Sp. 10 NEBULOSA *Pnz.*

LL. *Calyptra* saltem in squamis inferis distincte infuscata.

Sp. 11 VIOLACEA *Mgn.*

AA. *Vibrissæ* utriusque sexus, in setis facialibus validiusculis non distinctæ — Thorax maris maculam flavam, antice trifidam prœbens.

Sp. 12. BONAPARTÈA *Rndn.*

Observ: et Synon.

Sp. 1. II. PUSILLA *Mgn. Desv. Macq. Zett. Walk:*
DISPAR *Duf: An Soc. Ent* 1851.

V. Descript. in Op. Zetterst: cui adde:

Halteres nigricantes — *Calyptrorum* squamæ inferœ sæpe paulo obscuræ, præsertim in masculis — *Tibiæ* posticæ in masculis setis brevibus, fæminœ validiusculis et longis extrinsecus ciliatæ — *Unci* et *pulvilli* tarsorum in mare parum longiores. — *Vena* longitudinalis tertia paulo producta ultra conjuctionem quartæ cum quinta.

H Dispar Duf l. c. huic speciei pertinere credo, nam differentiæ ejusdem in colore sita rufescente antennarum pedum et vittœ frontalis, in individuis juvenilibus non raro observanda: Inde Sp Pusilla parassita (observ. Dufourii) BRACHIDERIS Lusitanici credenda, cujus Syn. H. Dispar Dfr.

Frequens in floribus umbellatarum tempore verno præsertim in collibus agri parmensis, frequentior mense majo: tempore œstivo numquam lecta, sed semel fæminam inveni mense octobre. Mas rarior . . Fæminea exemplaria misit ab Etruria D.r Pecchioli, a Pedemontio Pr. Bellardi: ab Insubria Com: D' arco.

Sp. 2. H. SEMICINEREA *Mgn. Macq*

V. Descript. in opere Meigenii

Sp. nondum in Italia capta, sed Germaniæ et Galliæ incola, inde facilius etiam apud nos invenienda.

Sp. 3, H. Muscaria *(mas et fœm:) Fall. Zett. (mas) Mgn*
Cinerea *(fœm) Fabr. Mgn. Macq. (mas et Fœm)* Rndn.

V. Descript. in opere Zetterstedtii, cui adde:

Halteres lutei — *Alæ* in masculis dilute fuscæ, in medio fuscedine non distincte obscuriore; in utroque sexu ad basim paulo lutescentes, in fœmina limpidæ. *Abdomen* inferne, et basis femorum, præsertim in mare albopilosa·

Rara tempore verno et autumnali in collibus ditionis parmensis — In agro Tridentino etiam lecta a D.° De Bertolini

---

Sp. 4. H. Obesa *Fabr. Mgn? Macq?*

Sp. Meigenii et Macquarti vel diversa, vel varietas est sat distincta speciei Fabricianæ, in cujus diagnosi « *alæ obscuræ* » dicuntur, dum in descriptionibus Germanici et Gallici auctorum »*alæ fascia arcuata fusca* » legitur. —

Exemplaria a me observata omnia alas præbent fuscas, in medio plus minusve obscuriores, quod melius speciem Fabricii designat quam aliorum. A *Muscaria* non solum colore alarum difert sed abdomine et femoribus inferne nigro-pilosis.

H. Obesa vera Fabriciana in Pedemontio semper capta, olim ab Allioni, et nuper a Mussino et Bellardi.

Sp. 5. H. Fuligipennis *Mihi Long. Maris Mill* 4

Alæ late fuliginosæ, limbo postico anguste sub–limpido; fuscedine in costa non interrupta: vitta costali satis infuscata, inter venulam radicalem et secundam longitudinalem — *Calyptra* paulo fusca — Halteres lutei — *Abdomen* cinerascens, suturis segmentorum et vitta dorsuali nigricantibus

Difert a præcedente, vitta costali alarum satis obscura, et præsertim segmento primo abdominis non nigro opaco sed ut sequentia cinerascente, vix ima basi, excepta: ab Umbrata vero sequente distincta, non solum pictura alarum, sed abdominis incisuris segmentorum nigro-limbatis.

Speciem in Italia non inveni, sed a Germania missum ejusdem exemplar observavi, nomine distinctum *Umbripennis Mgn*; cui certe non referendum, nam Meigenianæ abdominis color nigro-æneus non ut in nostra cinerascens

---

Sp. 6, H. Umbrata *Walb. Zett.*

V. Descript: in op; Zetterstedtii

Speciei istius specimina accepi a Germania nomine distincta *Obesa Mgn*, sed ab ista diversa, præcipue segmento primo abdominis non nigro, sed cinereo unicolore ut sequentia; ab eadem vero et a Fuligipenne difert

etiam Umbrata, pictura alarum diversa, et præsertim fuscedine in costa ante apicem interrupta, quæ in præcedentibus speciebus continuata videtur: et *abdomine* etiam ad incisuras segmentorum toto determinate cinereo, non nigro-vittato.

Nondum in Italia capta.

Sp. 7. H. Murina *Mihi* ♂ ♀ *Longit. Mill.* 4.
Grisea? ♀ Zett.

Alæ maris in parte apicali, et postice in basali subdecolores, fascia lata fusca arcuatim margini postico producta — *Calyptra* albicantia — *Abdomen* dorso etiam primi segmenti griseo, sublutescente, non cinereo-cano nisi paulo ad latera, et vitta dorsuali nigricante non manifesta.

Alæ fœminæ versus basim ut in masculis paulo lutescentes, sed alibi omnino decolores — *Abdomen* pariter dorso griseo non cinereo-cano, etiam in primo segmento ut in alio sexu ima basi anguste nigro — *Griseæ* Zett syn. dubia, quia difert a nostra colore cinereo, et vitta dorsali fusca.

Nomine *Obesæ* masculum, et *Cinereæ* fœmineum exemplaria a Germania missa observavi, sed nec istud nec illum speciebus notatis pertinent, præcipue abdominis colore diverso, in nostra griseo non cinereo cano, ut in aliis, et quod magis interest segmentum primum

in Murina ut sequentia tinctum, dum in *Obesa* et *Cinerea* totum nigrum observatur.

Sp. Nondum in Italia lecta.

Sp. 8. H Atropurpurea *Mgn. Desv.* (*non Macq*)

V. Diagnos. in op. Meigenii

Alæ maris late fuscæ vix postice paulo decolores: fuscedine continuata, seu in costa ante apicem non interrupta; nec in centro areolarum vittis hyalinis signata.

Atropurpurea Macquartii, pictura alarum, *Nebulosæ* Panzerii referenda.

Rarissimo captus mas in collibus agri parmensis, mense majo.

Masculum quoqne legit in Pedemontio Prof. Bellardi, et in Liguria Spinola.

Sp. 9. H. Areolaris *Mhi. Long. Mill.* 4. (*mas*)

Similis maribus præcedentis; alis pariter fere totis infuscatis sed ereolis omnibus (prima in costali excepta) vitta hyalina in medio distincte signatis.

Unicum masculum observavi collectionis D. Mussino, in Liguria inventum.

Sp. 10 H. NEBULOSA *Pnz. Mgn.*

Atropurpurea Mcq. (non Mgn.)

V. Diagnosim in op. Meigenii.

Distincta a prœcedentibus pictura alarum sat diversa, et revera in hac Alœ late sublimpidœ, fasciam fuscam sub intermediam prœbent margini postico ductam, per venam transversam exteriorem transeuntem, et aliquando cum apice fusco conjunctam.

Fuscedo apicalis aliquando deest. aliquando plus vel minus distincta.

Difert a sequente squamis inferis calyptrorum non manifeste infuscatis, sed facilius *Violacea* Meigenii varietas est *Nebulosœ* Panz.

Pauca Specimina Italica collectionis meæ Pedemontana, a Genéo et Bellardi missa.

Sp. 10 H. VIOLACEA *Mgn. Macq.*

In diagnosibus auctorum, *abdomen* speciei violaceum, segmento ultimo sub-aurato virescente, *Alœ* albidæ, venis fusco limbatis ad basim: et *Calyptra* (saltem in squa mis inferis) infuscata dicuntur.

Sed color ænescens apicalis, in aliis quoque speciebus observatur, quarum abdomen, in dorso, nigro-cœruleum est vel violaceum: et picturam alarum, ut dicitur de H. Violacea, etiam variatates aliarum specierum possident, in quibus fuscedo apicalis alarum sat di-

diluta, vel nulla: ideo Calyptrorum tantum colore fusco, ista a prœcedentibus non nullis distincta videtur.

Tamen in aliquibus exemplaribus, etiam istius, squamœ parum aut vix obscuræ sunt, ita ut, incertum maneat an recte, a Sp, *Nebulosa* Panzeri, *Violacea* Meigenii, sejungenda sit.

Pauca specimina italica a me observata, in Liguria a Clar. Spinola, et in Pedemontio a Prof Bellardi capta fuerunt.

Sp. 12. H. Bonapartéa (*in litt: et in Museo Bononiensi*) *Longit maris Mill.* 9-10. *Fœm*: 8-9.

Maris, *Frons* griseo-flavicans — *Setæ faciales* validiusculæ et circiter usque ad radicem aristœ assurgentes, in quibus *vibrìssœ* non distinctœ — *Thorax* in dorso macula flava, lata, antice trifida, — *Calyptra* sat infuscata — *Abdomen* ventre testaceo, dorso in medio late fusco-violaceo nitido, lateribus et ad basim latius rufescentibus, apice fulvo-limbato — *Alæ* vel late flavescentes fusco trimaculatæ extrinsecus, vel fuscæ basi flavida — *Pedes* nigri, tibiis posticis sœpe paulo rufescentibus.

Fœminæ *Thorax* mácula fllava destitutus, sed cinerascens vittis nigricantibus — *Alœ* bublimpidœ, basi paulo lutescente. — *Abdomen* nigricante- nitidum etiam in

ventre, dorso non violaceo, lateribus plus minusve rufescentibus, præsertim in segmentis primis, et transversim cinerei paulo fasciatum ad basim segmentorum. — Cœteri characteres circiter ut in mare.

Non raro legitur mense octobre, in collibus ditionis parmensis, præsertim supra flores solidaginarum.

Gen. J (R) ALOPHORA *Desv: Macq: Mgn: Rndn:*
Phasia. *Latr: Mgn: Zett: Walk:*
Thereva *Fabr: Fall: Pnz.*

Char. Gen:

Antennœ, *Oculi* et *Abdomen* ut in genere præcedente. — *Setœ Orales* crebrœ et non in serie simplici dispositœ, vibrissis ab aliis setis non distinctis — *Alarum* venæ longitudinales quarta et quinta ad apicem angulum distincte acutum efficientes: quinta supra cubitum intus arcuata et longe a costali quartæ conjuncta: costalis ad apicem intus non flexa — *Tarsi* masculorum, prœsertim antici, satis dilatati.

Species Observatæ (1)

A. *Thoracis* latera tomentosa, non pilis longis fulvis prædita — *Alarum* areola quinta exterior ovato-subtrigona.

Sp. 1. Subcoleoptrata *Mgn.*

AA. *Thoracis* latera, pilis longis, fulvis hirta — *Alarum* areola quinta exterior ovato-lanceolata.

B. *Alæ* costa tota fusca, seu fuscedine ante apicem non interrupta — *Calyptra* squamis inferis nigricantibus.

Sp. 2. Obscuripennis *Mgn.*

BB. *Alarum* costa non tota fusca, seu fuscedine ante apicem magis vel minus late sed distincte interrupta — *Calyptra* squamis inferis fulvescentibus, vel sordide luteis.

C. *Alæ* ad basim late et antice fuscæ.

Sp. 3. Hemiptera *Fabr.*

CC. *Alæ* ad apicem tantum, et non ad basim fuscæ.

Sp. 4. Orthoptera *Mihi.*

---

(1) Nondum in Italia captœ, sed facilius saltem aliquæ in plagis borealibus Ausoniœ, vel alpinis vel appenninis inveniendœ.

Observat: et Synon.

Sp. 1. A. Subcoleoptrata *Lin. Fabr. Mgn.* (*non Panz.*) *Latr. Fall: Macq: Zett: Walk; Rndn:*

V. Descript: in opere Zetterstedtii.

In diagnosi Walckerii sp: ista cum *Hemiptera* confusa, et mas pro fœmina designatur.

Nondum in Italia capta, sed in Gallia Germania Anglia et Svecia.

Sp. 2. A. Obscuripennis *Mgn: Schiner.* (*in schœda*) *Rndn:*

V. Descript. in op: Meigenii Vol. 7: cui adde.

♀ *Frons* nigra paulo grisescens, vitta fusco-rubescente: — *Abdomen* fusco-rufum seu piceum — *Scutellum* nigrum, apice paulo testaceo — *Calyptra* Squamis superis nigris, inferis fuliginosis — *Femora* postica nigro-picea, anguste ad basim rufescentia — *Alæ* nigricantes, fascia costali, et alia inferiori fuscioribus; costali integra, seu ante apicem non interrupta; areola quinta exteriori ovato-sublanceolata.

Unicum exemplar a me observatum a Germania misit Clar. Schiner.

Sp. 3. A. Hemiptera *Fabr: Mgn: Zett: Macq: Rndn:* Subcoleoptrata *Pnz.* (*mas*) *non Lin:*

Affinis? *Pnz.* (*Fœm*)

V. Descript: in opere Zetterstedtii, cui adde:

Femora postica in utroque sexu lutea, apice anguste nigricante. *Vitta frontalis* fusco-rufa — *Calyptra* squamis inferis luride luteis.

Synonimia Macquartii dubia, nam alœ maris Hemipteræ, fusci flavique variegatæ, non ut ait Clar: Auct: *fasciis fuscis destitutœ*: quæ notœ, spec: diversam indicare videntur, et forte fæminam *subcoleopratœ* Panzerii, a qua si Sp. Maquartii distincta eam voco *Hymenoptera.*

Etiam Sp. *affinis* Panzerianæ synonim: incerta, nam si ut in icone, *scutellum* nigrum, et *venam quintam* longitudinalem supra cubitum intus non flexam Sp. ista possidet, facilius a congeneribus distincta.

Hemipterœ Specimina a me observata, germanica, a Clar: De-Roser et Schiner missa.

Sp. 4. A. Orthoptera. *Mihi.*

Mas similis mari *Hemipterœ*, tamen manifeste major et distinctus, prœsertim *alis* totis flavidis ad apicem tantum late et distinctæ fuscæ, et vena secunda longitudinali anguste nigro-limbata.

Nescio si varietates cognoscantur nostræ sp. et Hemipteræ Fabricii interpositœ, quibus appareat illam et istam unicam speciem constituere, vel si Hemiptera Macquartii ab Al: Fabriciana et nostra diversa sit.

Orthopteræ unicum exemplar a me observatum, Clar. De Roser a Germania misit.

Gen. 1 (c) PHORANTHA. *Rndn.*

CHAR: GEN

Caput, Antennæ, Abdomen etc, ut in generibus præcedentibus — *Setæ* orales in duas series simplices dispositæ; *vibrissæ* ab aliis setis distinctæ — *Alarum* venæ longitudinales quarta et quinta ad conjunctionem angulum acutum efficientes; quinta supra cubitum intus flexa, et longe a *costali* quartæ conjuncta: costalis ad apicem intus non incurvata — *Tarsi* in utroque sexu non dilatati.

SPEC: ITALICA unica 1. MUSCIFORMIS *Rndn.*

Observ: et descript:

Sp. J. P. Musciformis *Rndn.* —— *Long. Mill.* 6-7.

Maris *Caput* albido-sericeum, fronte paulo grisea, vitta lata concolore inter oculos modice remotos, lunula prope antennas nigro-nitida — *Antennæ* cum arista nigræ — *Palpi* lutescentes. — *Thorax* fusco-griseus vittis quatuor nigricantibus — *Scutellum* nigrum paulo grisescens — *Calyptra* lurido-lutescentia — *Halteres* lutei — *Abdomen* lateribus plus minusve testaceis vel rufis, fascia dorsuali et apice late nigricante griseis — *Alæ* ad basim dilute fuliginosæ, macula in medio, prope costam, fusciore — *Pedes* nigri.

Fœminæ corpus minus depressum, et totum griseum subcinerascens; *Calyptris* albis; *Alis* limpidis, vix ad basim paulo lutescentibus: Ano appendice cornea, validiuscula, atra nitida, uncisque arcuatis duobus, inferis armato:

Cæterì characteres circiter ut in mare, sexualibus exceptis, frontis postice angustatæ, et pulvillorum brevitatis.

Raro legitur primovere in collibus ditionis parmensis.

Gen: 2 ELOMYIA. *Desv. Mcq. Rndn.*

Phasia *Mgn.* 4. — **Anantha** *Mgn.* . 7.

Char. Gener

Caput, *Antennæ*, abdomen etc. ut in generibus præcedentibus — *Setæ orales* in seriebus simplicibus dispositæ; *vibrissæ* ab aliis setis distinctœ — *Alarum* vena longitudinalis quinta, angulo subro tundato, sed non arcuatim cubitata; ad apicem quartæ conjuncta prope costam, et simul angulum sub-acutum constituentes. — *Vena costalis* ad apicem intus flexa cum quarta longitudinali confusa — *Tarsi* neque in mare dilatati.

Species Italicæ

A. (maris) *Abdomen* nigro-leve, vel atro-nitens, grisei magis vel minus adspersum.

B. *Alæ* (utriusque sexus) limpidæ — *Calyptra* albida.

Sp. 1 Lateralis *Mgn.*

BB. *Alæ* (maris) in medio distincte infuscatæ, et *calyptra* fusco flavida.

Sp. 2. Lugubris *Rndn.*

AA. (maris) *Abdomen* lateribus vel etiam apice plus minusve testaceum.

Alœ (maris) in medio plus minusve sed distincte infuscatæ

Sp. 3. UMBRIPENNIS *Rndn.*

CC. *Alæ* (maris) etiam iu medio limpidæ.

Sp. 4. ORNATA *Mgn.*

Observat. et Synon.

Sp. 1. E. LATERALIS *Mgrl. Mgn. Macq. Rndn*

CANA, *fœm:* ? *Hofg. Mgn. Macq:*

V. Descript. in op. Meigenii, (Maris Phasia N. 29 (Fœminœ. . » 30

Mas satis difert a mare sp: sequentis, *Alis* in medio limpidis non infuscatis — *Calyptris* albidis non fusco-flavidis — *Abdomine* non nigro-metallico, etc. Fæminam non vidi.

Maris exemplar collectionis meæ in Sardinia captum et mihi a Cel: Spinola communicatum.

Sp. 2. E. LUGUBRIS *Rndn.* ♂ ♀

Mas: NEBULOSA *Desv. Macq.* (non Panz: nec Latr.)

Fœm: Nigra *Desv. Macq*:

V. descript. in op Macquartii. S. a. B. (Maris . . . N. 1. (Fœm: . . » 2.

Clar: Robineau et Macquart marem speciei istius *Nebulosæ* Panzerii pertinere credunt sed non rite, nam vix iconem germanici entomologi observando cognoscitur; non *Elòmyis* sed *Hyalomyis* Phasiam nebulosam ejusdem auctoris pertinere; ideo nomen istud mutandum erat, ut feci.

Mas variat, *alis* in medio magis vel minus infuscatis — *abdomine* plus minusve cinerei vel grisei adsperso, linea punctorum nigrorum vel satis vel parum distincta —*Calyptris* nunc satis obscuris nunc paulo tantum infuscatis etc.

Sp. non rara in collibus agri parmensis, rarior in planitie: legitur præsertim mensibus majo et junio — Vivit etiam iu Sardinia (Geneus) In Etruria (Pecchioli.) in Insubria (Com: D'arco).

Sp. 3. E. Umbripennis *Rndn*. — Longit. (Maris) *Mill*. 6-7 (Fœm) 5-6.

Mas, similis mari præcedentis, abdomine excepto magis vel minus late testaceo ad latera vel ad apicem, et a sequente præcipue difert alis in medio distincte infuscatis.

Variat abdomine vel fere toto testaceo-fulvo vitta dorsuali nigra, vel in medio nigro-nitido basi ad latera et ad apicem rufo testaceo, nunc magis nunc minus late: alis quoque variat pius minusve in medio infuscatis.

Fœminas non observavi; forte ab aliis specierum affinium non distinguendæ.

Non frequens in collibus agri parmensis, prœsertim mense majo legenda.

Sp, 4. E. ORNATA *Mgn.*

(Mas) ABDOMINALIS *Desv. Macq.* S. B. — FLAVIVENTRIS *Macq.* D. F.

Distincta a præcedente prœcipue, alis limpidis in medio, neque parum infuscatis, in mare.

Frons lutescens vel albicans; et *abdomen* rufum vel testaceum, vita dorsuali nigra semper manifesta, variat postice nunc magis nunc minus late nigricans et nigredine aliquando grisei lutescentis, vel fulvi tomentosa.

Ornatæ Meigenii referenda esse puto exemplaria quæ ad apicem abdominis tomentum fulvum prœbent; et *abdominali* Desvoidyi illa quorum abdomen postice late nigricans observatur et parum tomentosum.

Fæminæ speciei mihi ignotæ.

Raro legi mascula in collibus agri parmensis tempore æstivo In ditione florentina etiam lecta a D.e Piccioli, et in insula Melita a D. Schembri.

Gen: 3 GYMNOSOMA *Mgn. Fall. Macq: Zett: Walk: Rndn:* **Tachina** *Fabr.* — **Musca** *Lin: Pzr: Rossi.*

Char: Gener.

Antennæ sat longæ, articulo secundo distincte longiore medietate tertii. — *Oculi* nudi, in utroque sexu distantes — *Setæ orales* parvœ et paucœ, vibrissis paulo distinctis: *frontales* breves, ad radicem antennarum sistentes — *Abdomen* totum nudum et leve — *Alarum* vena quinta longitudinalis quartæ conjuncta ante costalem — *Pulvilli et unci* tarsorum in masculis non satis majores.

Spec. Italicœ

A. Vena *quarta* longitudinalis a conjunctione cum quinta ad costalem sursum flexa — quinta angulatim vel sub angulatim cubitata.

Sp. 1 Rotundata *Lin.*

AA Vena *quarta* longitudinalis tota usqne ad costalem recta — *quinta* arcuatim flexa.

Sp, 2. Nitens *Wdm.*

Observ et Synon:

Sp. Rotundata *Lin. et alii auct: ut in gener: Synon:* Costata *Pnz. Mgn.* (var: fœm:)

V. Descript. in opere Zetterstedtii, cui adde

Abdominis segmentum primum rufum, macula tantum dorsuali nigra. — Vena *qnarta* longitudinalis ad apicem sursum flexa. ultra conjunctionem cum *quinta*

Variat plurime statura, et latitudine macularum nigrarum abdominis: exemplar masculum legi, abdomine omnino testaceo, immaculato.

Fœminam quoque inveni, venis longitudinalibus quarta et quinta, in costali, non ante costalem conjunctis.

Vulgaris in tota Italia a Majo ad Octobrem; istius exemplaria possideo etiam Alpina Corsicana Melitensia etc.

Sp. 2. G. Nitens *Wdm: Mgn: Desv. Macq.*

V. Diagnos. in op. Meigenii, cui adde.

Abdominis segmentum primum atrum, limbo postico ad latera rufo.

Vena quarta longitudinalis tota usque ad costalem recta.

Satis variat latitudine macularum nigrarum abdominis.

Vulgaris a majo ad augustum in collibus agri parmensis, supra flores præsertim umbellatarum: minus frequens in planitie.

In aliis italiœ plagis etiam legitur non rara, et ejusdem exemplaria sœpe miserunt, etrusca D. Piccioli: Insubrica Erra: Pedemontana Bellardi: Tirolensia De Bertolini

Gen. 4. CISTOGASTER *Latr: Mgn: Macq: Rnd: Zett.* — **Gymnosoma** *Mgn: Fall:* — **Tachina**. *Fabr.* — **Palasia**. *Desv.*

Char: Gen:

Caput Abdomen pedes etc. ut in genere præcedente, circiter: *Antennis*

tamen sat distinctum, brevibus, articulo tertio subrotundato non elongato, et vix aut non longiore prœcedente.

SPECIES ITALICA unica 1. DISPAR *Fall.*

Observ et Synon:

Sp. 1 DISPAR *Fall. Rndn*:

GLOBOSA *Mgn*: *Macq. Zett.* (*mas et fœm*)

GLOBOSA *Fabr*: *Macq.* (*mas non fœm*)

OVATA *Desv*: *Macq*: (*Fœm*:)

V. Descript. in opere Zetterstedtii,

Unicum exemplar speciei a Clar. March: Spinola accepi in Pedemontio captum: alia specimina collectionis meœ Germanica vel Gallica, a De Roser, et Macquart transmissa.

Gen. 5. FREREA *Desv. Rndn.*

Xista *Macq. Mgn.*

Char. Gen.

Antennœ breves, articulo tertio lenticulari, non manifeste longiore prœcedente — *Setœ* orales subnullæ — *Alarum* venœ longitudinales quarta et quinta sejunctim costalem attingentes — *Abdomen* subnudum, vel brevissime tomentosum, convexum, segmentis quinque vel sex distinctis — *Tibiœ* posticæ ciliatæ subdilatatœ ut *tarsi*.

Sp. unica nondum in Italia capta — 1. Gagatea *Desv.*

Observ. et. Synon:

Sp. 1. F. Gagatea *Desv*: *Macq*: *Mgn: Rndn:*

V. diagnosim in opere Macquartii.

S. *a Buf.* ex illa Desvoidyi transcriptam, in qua de tibiis posticis non loquitur, inde non patet, si istæ ciliatæ aut setosæ sint, vel non; sed hoc cognositur a characteribus genericis ab auctore *Myodariarum* allatis, ubi dicitur *Frereas Thricopodarum* characteres possidere, in quibus tibiœ ciliatæ observantur.

Species inde facilius a Macquartio, ut a me non observata

Gen. 6 XISTA *Mgn Latr: Desv: Macq: Zett: Rndn.*
Thereva. *Fabr.*

Char. Gener.

Antennæ breves, articulo tertio manifeste longiore præcedente — *Setœ* orales validœ, tamen nullis nec sat longioribus nec decussatis — *Alœ Abdomen* etc. ut in Frerea — *Tibiœ* posticæ retro macrochetis armatœ — *Oculi* saltem in uno sexu sat proximi.

Species Italica unica 1. Cilipes *Mgn.*

Observ:

Sp. 1. X. Cilipes *Mgn. Macq. Rndn.*
Latreilli ? *Desv. Macq.*

V. Descript. in op. Meigenii, v. 4.

Species a Robinau et Macquart descripta nomine *Latreilli* distincta, non difert a *Cilipede* Meigenii nisi præsentia lineœ albicantis ad suturas segmentorum abdominis, sed character iste instabilis est quia in vetustis albedo fasciarum abest vel partim vel tota, vel ad latera tantum distinguenda.

In diagnosi vero Meigenii tibiæ posticæ setis longis ciliatœ, et in descriptione Desvoidii spinigeræ dicuntur, quod non puto specificam distinctionem indicare, sed tantum diversitatem in modo dicendi.

Specimina Xistœ cilipedis a me observata ab Insula Melita misit Clar. Schembri.

Gen. 7 PHASIA *Latr. Mgn. Desv. Macq. Zett. Walk. Rndn.*

THEREVA. *Fabr.*

Char. Gener.

Antennœ sat breves, articulo ultimo apice rotundato, parum longiore

prœcedente — *Oculi* in fronte utriusque sexus parum remoti — *Setœ* orales non validœ, sed plures, in series duas per carinas faciales assurgentes, sed circa orem in parte infera epistomii non decurrentes — *Vena quinta* longitudinalis alarum, sub angulatim flexa et sejunctim a *quarta* costali producta — *Abdomen* pilosum, sed setis erectis validis destitutum, in mare sat depressum et latum. — *Tarsi pulvillis* et uncis sat longioribus in masculis.

Fæminæ valde minores et sat diversæ a *m*aribus vel colore alarum, vel forma corporis cylindriore etc

Species Italicæ

A- *Alœ* in utroque sexu fusco-fasciatœ vel fusco maculatœ, saltem fascia vel macula fusca costali manifesta.

B· Macula fusca alarum in medio costœ, in duas divisa, a vitta longitudinali, subhyalina, vel pallidiore: margo posticus fuscolimbatus vel fusco-maculatus. (in mare) (*)

C. *Tibiœ* posticæ totœ vel fere totæ nigrœ vel nigricantes — *Abdomen* maris vel rubescente-testaceum, vel va-

(*) Vide observationes meas in diariis *Annali delle scienze naturali* di Bologna 1842. quæ demonstrant specimina mascula pro fœminas descripta fuisse et viceversa a Robineau et aliis auctoribus, saltem in aliquibus speciebus.

rie rufescens, vitta dorsuali nigricante, irregulari, sœpe parva, angusta aut nulla.

Sp. 1. Dissimilis *Rndn.*

CC. *Tibiæ* posticæ testaceœ aut fusco-lutescentes — *Abdomen.* maris aut late nigrum cinerei micans, aut late fulvum fascia nigra dorsuali, lata, marginibus subrectis, numqum obliterata, nec attenuata.

D. *Abdomen* maris late fulvum fascia dorsuali nigra marginibus subrectis, et semper sat distincta, etiamsi aliquando incisuræ segmentorum nigro-limbatœ.

Sp. 2. Dispar. *Rndn.*

DD. *Abdomen* maris late nigrum cinerei micans, vitta dorsuali nigra non distincta, etiamsi aliquando latera fulvo vittata vel fulvo-marginata.

Sp. 3. Nigra *Desv.*

BB. *Alæ* marium macula fusca costali intermedia integra, seu a vitta subhyalina vel decolore in duas non divisa, ut in alio sexu: et margine postico nec fusco-maculato nec fusco limbato.

E. *Tibiæ* posticœ subtestaceœ — *Abdomen* late nigricans cinerei nitens, basi ad latera rufescens.

Sp. 4. Adulterina *Rndn.*

EE. *Tibiæ* posticœ nigrœ — *Abdomen* fulvescens fascia nigricante intermedia postice plus minusve dilatata

Sp. 5. Tæniata. *Pnz.*

AA. *Alæ* totæ limpidœ, etiam macula costali desfitutæ saltem in fœmina, in qua *abdomen* totum et definite griseo-canum·

Sp. 6. SOLA *Rndn.*

Observ et Synon:

Sp. 1. P. DISSIMILIS *Rndn.*

Mas. ARVENSIS et OBLONGA *Desv. Macq. Mgn.*
DISCOIDALIS *Macq. Mgn.*
CAMPESTRIS et AGRESTIS *Desv.*

Fœm ALBIFACIES *Desv.* et forte etiam aliœ.

Maris *abdomen* sœpius rubescente-fulvescens, rarius rufescens, vitta nigra dorsuali, nunc exilis, nunc brevis nunc subnulla, vel omnino obliterata; aliquando latiuscula sed marginibus non rectis vel postice dilatata. — *Alæ* fusco-limbatæ maculis fuscioribus, macula marginali intermedia costæ, in duas divisa a vitta longitudinali subhyalina vel distincte dilutiore: apice semper fusco. — *Pedes* partim nigri; et tibiis prœsertim posticis semper nigris vel nigricantibus.

Fœmina similis Ph. Anali auctorum, seu fœminæ Ph. *Disparis* Rndn, in qua *Alœ* sublimpidæ maculam fuscam costalem præbent tantum, et *Abdomen* grisescens lateribus ad basim fulvescentibus, apicem versus obscurius, seu nigricans observatur. Differentia fœ-

minæ *Dissimilis* a fœmina *Disparis* in colore pedum quærenda, in prima nigricante præsertim tibiarum posticarum, in secunda luteo-fulvo femorum et tibiarum.

Vnlgaris in collibus agri parmensis a Majo ad octobrem, sed magis frequens tempore autumnali; Sœpe copulatam inveni in floribus umbellatarum, et sœpius volitantes copulas legi, in quibus femina minor a masculo majore translata videtur.

Sp. 2. P. Dispar. *Rndn.*

Mas. { Crassipennis *Fabr. Latr: Pnz. Mgn. Desv. Macq.*
Discoidea *Mgrl. Mgn* — Varia *Mgrl. Mgn.*

Fœm. Analis *Fabr. Latr. Pnz. Mgn. Desv. Macq.*

Alœ utriusque sexus circiter ut in specie præcedente.

Mas difert ab omnibus aliis congeneribus, statura sat majore et colore abdominis fulvo, in quo semper distincta est fascia lata dorsualis nigra marginibus rectis et apici non producta.

Varietates esse istius credo exemplaria quæ abdominem prebent ad latera vel ad suturas segmentorum nigromarginatum, sed fascia dorsuali simul distincta.

Olim nomine distincta *Ph. Spuria* specimina hujus varietatis amicis communicavi.

Fœm: difert a fœmina præcedentis, tibiis, saltem posticis, totis, et femoribus fere totis luteo-fulvis, et etiam statura sepius sat majore.

Frequens a Majo ad Octobrem in montuosis agri parmensis; in planitie minus frequens —

Lecta etiam in aliis plagis Italicis. In Insubria a Com. D'arco in Pedemontio a Bellardi et Mussino — In Etruria a Piccioli, Venetiis a C. Contarini — In agro tridentino a De bartolini.

Sp. 3. Ph. Nigra *Desv. Macq. Mgn. Rndn.*

V. Diagn. in op. Macq: S. a B. cui adde.

Maris, *Abdomen* nigrum albidi nitens, lateribus sæpe rufescentibus, et aliquando etiam apice rufo, et raro etiam rufescente maculatis, vel vittatis, tamen numquam in nigredine fascia dorsualis distincta (*)

Alæ circiter ut in duabus præcedentibus fusco-maculatis et macula costali in duas divisa — *Pedes* tibiis præsertim posticis ut in *Dispari* fulvescentibus vel fusco-testáceis.

Fœmina ignota, facilius a fœminis specierum affinium non distinguenda.

(*) Forse le moltissime varietà che si osservano in questa e nelle *Fasie* affini, provvengono dall' accopiamento di individui di specie diverse, ed anche degl' ibridi stessi fra loro, o colle specie tipiche.

Mas non frequenter legitur in collibus, et rarius in planitie ditionis parmensis — In Pedemontio quoque inventus a Bellardi, et in Sicilia a Gemellaro.

Sp. 4. P. ADULTERINA *Rndn.*

V. Diagnos: in diariis *Atti della Società Ital: di Storia naturale* 1861.

Mas similis mari *Tœniatæ* pictura alarum, sed distinctissima, Abdomine late nigro, nigredine cinerei nitente, et præcipue colore pedum, quorum tibiæ posticæ, basis anteriorum, et femora omnia partim luteo subtestacea.

Similis etiam *Nigræ*, colore tibiarum, et nigredine abdominis cinerei nitente, sed statim distinguenda pictura alarum, ut in mare tœniatæ, et in fœminis aliarum specierum, macula tantum costali distincta, alibi subdecolorum, apice tamen paulo infuscato et basi lutescente — Præterea statura majori Tœniatæ, et minore Nigræ etiam diversa.

Marem unicum legi in collibus parmensibus, supra flores Anethi Fœniculi, mense augusto.

Sp. 5. TÆNIATA *Pnz. Macq. Mgn. Rndn.*

(Fœm) DIMIDIATA *Pnz.* — BASALIS? *Mgn.*

V. Descript. in op. Macq. S. B., cui adde.

Maris *abdomen* sat variat latitudine fasciæ nigræ dorsualis, aliquando fere medietatem posticam occupantis, aliquando satis minoris, vel ad basim deletæ, vel etiam sub nullæ.

Utriusque sexus *pedes* semper nigri aut nigricantes, raro femoribus partim rufescentibus.

Fœmina colore nigro pedum et statura minore, a præcedentium fœminis dignoscenda.

Non rara in agro parmensi a Majo ad Septembrem, præsertim in collibus. Pedemontii quoque incola. Bellardi — Etruriæ. Piccioli.

Sp. 6. P. SOLA *Rndn.*

V. Diagn: in diar: (Atti dell. S. di St. Nat. 1861)

Ab omnibus congeneribus distinctissima *alis* omnino vitreis nec fusco-maculatis nec limbatis, et colore *Abdominis* toto griseo cano, genisque et facie albis etc.

Fœminas duas tantum observavi' unam in collibus agri parmensis lectam, mense augusto in floribus Dauci Carotæ, alterum in Etruria inventum a Doct. Piccioli.

Gen. 8 CLYTIOMYIA. *Rndn. Pr. T. IV.*

Clytia (*) *Desv. Macq: Mgn: Rndn.*

Tachina. *Fall. Mgn. Zett.* — **Musca** *Fabr. Pnz.*

Char: Gener.

Antennæ satis breves, ad medium circiter faciei sistentes; articulo ultimo parum aut ad summum duplo longiore prœcedente. *Arista* nuda vel subnuda, non ultra medium incrassata — *Setæ* orales in parte infera peristomii paulo vel satis descendentes; *vibrissis* si paulo distinctis et longis tamen non decussatis. — *Oculi* nudi in fronte maris parum, fœmine modice remoti. — *Abdomen* segmentis quatuor distinctis, et setis pluribus erectis postice marginatis — *Alarum* venæ longitudinales quarta et quinta sejunctim costalem attingentes: transversa exeriore satis proxima cubito quintæ longitudinalis — *Tarsi* marium pulvillis et uncis distincte longioribus.

(*) Nomen genericum mutavi quia vocabulo hoc jam distincta erant — Genus in Polipis, et aliud Crustaceorum et aliud Lepidopterorum.

SPEC: ITALICÆ

A. *Vena quinta* longitudinalis distincte angulatim flexa — *Abdomen* testaceum in mare, vitta fusca dorsuali apice dilatata; fœminæ totum nigricante-grisescens.

Sp. 1 CONTINUA *Pnz.*

AA. *Vena quinta* longitudinalis sub arcuatim flexa — *Abdomen* vel in utroque sexu fusco griseum basi lateribus testaceis, vel in mare totum vel fere totum fulvum.

B. *Abdomen* maris totum fulvum, vitta tantum dorsuali nigra brevi ad basim segmenti primi: fœminæ vittam basalem nigram præbet, et fasciam nigricantem posticam, apice satis dilatatam.

Sp. 2. HELVOLA *Fabr.*

BB. *Abdomen* utriusque sexus vitta nigra basali destitutum et fascia nigricante postica apice dilatata instructum.

Sp. 3. SEJUNCTA *Mihi.*

Observat. et Synon.

Sp. 1. C. CONTINUA *Pnz. Mgn. Macq; Zett.*

PELLUCENS *Fall.* (*non Mgn. nec Macq. nec Zett.*)
Fœm. VAGA *Desv. Mcq. Mgn.*

V. Descript. in Op. Zettersi: cui adde·

Antennæ articulo ultimo duplo circiter longiore præcedente — *Setæ frontales* in utroque sexu series duas tantum constituentes — *Vena quinta* longitudinalis angulo distincto cubitata, et supracubitum intus paulo flexa, et non raro appendicula cubitali prædita — *Squamæ* flavidæ in mare, et in fœmina vix lutescentes — *Abdomen* tomento nunc subluteo nunc griseo in fœmina adspersum.

Non frequens in agro parmensi ab Aprile ad Iunium tam in planitie quam in montuosis — Pedemontem quoque habitat: Bellardi.

Sp. 2. C. HELVOLA *Fabr. Mgn. Macq. Rndn.*
PELLUCENS *Zett.* (*non Fall. nec Mgn.*
GENTILIS (*fœm*) *Desv.*

V. Diagnos. in op. Meigenii, cui adde.

Maris abdomen totum fulvum, vitta parva nigra dorsuali ad basim segmenti primi, et aliquando apice paulo sed anguste fusco — Fœminæ vitta nigra basali instructum et segmentis duobus ultimis nigricantibus, nigredine in medio segmenti secundi paulo producta — *Series* frontales setarum in masculis duæ, in fœminis plures adsunt — *Vena quinta* longitudinalis in utroque sexu sub-arcuatim flexa.

Species non rara a Majo ad Augustum in planitie et montuosis agri parmensis — In Etruria quoque lecta a D. Piccioli.

Sp. 3. C. Sejuncta *Mihi*.

Similis habitu et statura Helvolæ Fabricianæ sed uterque sexus nostræ difert, absentia vittœ nigræ dorsualis ad basim segmenti primi abdominis; et mas etiam diversus a Mare Helvolæ abdomine-convexiusculo et postice ut in fœmina late nigricante.

Raro legitur cum congeneribus in agro parmensi in iisdem locis et temporibus.

Gen. 9. ELIOZETA *Rndn.*

CLYTIA *Desv. Macq: Mgn. Bremi*

TACHINA *Mgn. Zett.*

CHAR. GEN:

Caput, Alæ, Abdomen, setæ orales vibrissæ etc fere ut in genere præcedente, a quo distinctum forma et longitudine antennarum, scilicet, *Antennis* elongatis circiter usque ad epistomium; articulo tertio triplo circiter longiore secundo; et *Arista* fere tota incrassata.

SPECIES ITALICA unica 1. PELLUCENS *Mgn.*

Observ: et Synon.

Sp. 1. E. PELLUCENS *Mgn. Zett. Rndn. (non Fall.* (*) *nec Macq.*)

(*) Sp. *Pellucens* Fall. *Continuæ* Panzerii referenda, nam ex diagnosi a Meigenio allata svecici auctoris cognoscitur. fœminam speciei

MACROCERA *Macq.* (*mas et fœm*)

AURICEPS *Bremi Macq.* (*mas*) — TEPHRA *Mgn. Macq.* (*fœm.*)

V. Descript: in opere Zetterstedtii, cui adde:

Setæ frontales, in mare series duas, in fœmina quatuor constituentes — *Palpi* nunc fusco-rufescentes, nunc fusciores.

Pellucens vera non frequenter legitur primo vere et æstate incipiente, in agri parmensis planitie et collibus — In ditione Tridentina etiam lecta a D. De Bartolini.

---

propriæ, abdomen obscurum, lateribus non rufescentibus præbere, et antennas validas sed non longas: quæ *Clytiomyæ* continuæ conveniunt.

Stirps XIV. DEXINÆ.

Charact. Stirpis.

Caput non distincte latius *thorace* — *Vibrissæ* semper longæ et decussatæ. *Arista* superne et inferne æque pilosa, vel pilosula non nuda nec subnuda; pilis etiamsi brevissimis distinctis. — *Abdomen* macrochetis præditum in dorso saltem trium segmentorum, et si aliquando in tertii et quarti tantum, tunc ultimum istud non totum pilis vel setis longis hirtum, sed serie distinctiore setarum marginatum, et *organa copulatoria* maris valde producta et crassa, *pulvillisque* tarsorum in mare sat. longioribus.

Gen. MORPHOMYIA *Rndn.* (*)

Tachina *Zett.* — **Musca.** *Fall.*

Char: Gen

Antennæ breves, articulo tertio duplo circiter longiore secundo, et distincte *supra medium oculorum insertæ* — *Oculi* nudi, in

(*) Post novæ speciei detectionem generis hujus, notæ distinctivæ *Morphomyæ* iu Prodromo inscriptæ insufficientes sunt, ideo in sectionibus A et AA sic reformandæ.

maris fronte satis proximi — *Vibrissarum* par unicum *longe ap apertura orali in genis insitum* — Facies inter antennas non manifeste carinata. — *Alarum* spinula costalis sat parva: Vena quinta longitudinalis sejunctim a quarta costali producta, vel in costali et non ante quarta, et quinta ad apicem conjunctæ, et cubito non (nisi raro in individuo aliquo abnormi breviter) appendiculato — *Abdominis* segmenta intermedia setis dorsualibus, margini et aliquibus in disco prœdita — *Pedes* tibiis posticis non crebre et œqualiter extrinsecus ciliatis: tarsorum pulvillis et unicis in mare distincte longioribus.

Spec. Italicœ

A. La tera faciei, ut frons, contra basim antennarum setis preter seriem ordinariam prœdita.

Sp. 1. Caliendrata *Mhi.*

A *Vibrissarum* par unicum longe ab apertura orali in genis insertum — *Antennœ* manifeste supra medium oculorum insitæ.

Gen. 1. *Morphomyia*

AA. *Vibrissarum* si par unicum prope orem insertum, et si raro paulo longe, tunc antennæ contra, non distincte supra medium oculorum orientes. etc.

AA. Latera facei contra basim antennarum serie tantum ordinaria simplici setarum, a fronte descendente munita.

Sp. 2. Tachinoides *Fall.*

Observat: et Synon.

Sp. 1. M. Caliendrata *Mihi.* — *Long. Mill.* 6-8.
Tachinoides. *Rndn. Pr.* (*non Fall*)

Maris, *Frons* setis et pilis longis hirta, præter series ordinarias, in genis ultra apicem articuli secundi antennarum descendentibus: Vitta interoculari nigricante vel picea-subrufescente — *Antennæ* nigricantes, articulis basalibus nunc magis nunc minus fuscorufis: arista etiam articulis basalibus nigris vel fuscis. — *Palpi* luride lutescentes, apice minus fusco — Thorax grisescens vittis quatuor nigris in dorso, intermediis abbreviatis, exterioribus interruptis. — *Scutellum* rufum basi nigricante — *Calyptra* albida fusci aliquando limbata — *Abdomen* grisei micans, lateribus late rufescente-subtranslucidis, fascia dorsuali plus vel minus ampla nigricante: segmentorum secundi et tertii apice, et aliquando etiam quarti, punctis, seu tessellis duabus dorsualibus signato, tessellis nigricante-nitidis: setis validiusculis erectis marginalibus, et discoidalibus non nullis, præditum. — *Alæ*

vix fuscescentes præsertim ad costam et basim: vena secunda longitudinali sat producta ultra transversam anteriorem: spinula costali parva sed distincta — *Pedes* nigricantes.

Fœm: ***Frons*** latiuscula seriebus quatuor setarum ordinariis munita, quarum exteriores antice incurvatœ, et alibi setulis pluribus sparsis, ultra apicem articuli secundi antennarum descendentibus — *Abdomen* lateribus non rufescentibus; tessellisque nigris latioribus — Squamæ albidiores — *Tarsi* antici paulo latiusculi.

Frequens a Julio ad Septembrem, tam in planitie quam in collibus agri parmensis.

Olim cum sequente confusa.

Sp. 2. M. Tachinoides *Fall. (non Rndn.)*
Circumflexa *Zett.*

V. Descript: in opere Zetterstedtii.

Mas Similis præcedenti, sed major. et diversus; præsertim *Fronte* præter setas ordinarias, non hirta; sed setulis aliquibus tantum sparsis, non descendentibus ad latera antennarum ultra apicem articuli secundi — *Arista* basi lutescente — *Vitta* frontali semper testacea — *Spinula* costali minus distincta — *Tessellis* abdominis minus perspicuis, et *Femoribus* ad apicem subrufis saltem inferne.

Fœmina circiter characteres maris prœbet, prœter sexuales, et variat frontis vitta grisea non rufescente inter oculos, et sic concolore lateribus frontis.

Raro lecta in montuosis appenini Parmensis. Marem e Sicilia misit Prof. Gemellaro, et ab Insula Melità D. Schembri, et fœminam misit D. De Bartolini, in Ditione Tridentina captam.

Gen. v. MYOSTOMA (a) *Desv. Rndn* (*)
OMALOGASTER *Macq.*

CHAR. GENER

Antennœ ab epistomio distantes, contra, non manifeste supra medium oculorum insertæ, articulo tertio circiter bilongiore secundo —

(*) Il Macquart ha riuniti quattro generi del Robineau in un solo chiamandolo *Omalogaster*, ma le specie in esso comprese presentano differenze di tale entità da non permettere attualmente di lasciarle

Arista plumata — *Facies* carina sat elevata inter antennas, et ultra earum apicem — *Genæ* non setigere nec pilis distinctis præditæ — *Vibrissæ* paulo distantes ab apertura orali — *Setæ frontales* duplicem seriem in masculis, series quatuor in fœminis constituentes, non ultra radicem antennarum distincte descendentes. — *Alæ* spinula costali subnulla: venis longitudinalibus quarta et quinta vel sejunctim ad costalem ductis, vel raro in costali et non ante conjunctis: quinta angulatim cubitata, cubito sæpe appendicula non spuria prædito. — *Abdominis* segmentum secundum dorso inermi, ut omnia in disco — *Tibiæ* posticæ setis longiusculis in utroque sexu æqualibus extrinsecus ciliatæ. — Unci et pulvilli tarsorum in utroque sexu sat parvi.

---

insieme riunite, e perciò io distingueva nel Prodromus in tre generi gli Omalogastri del Macquart, rimettendo in onore i due del Robineau *Phorostoma* e *Myostoma*, e congiungendo gli altri due *Aria* e *Billæa* colla sua *Estheria*, ne formava il nuovo gruppo generico Deximorpha.

Ma da quell' epoca ad oggi ho conosciuta qualche specie che prima erami ignota, e qualche sesso diverso di specie note, dai caratteri dei quali oggetti mi sono convinto essere non solo ragionevole la separazione dei tre generi surriferiti, ma utile eziandio la istituzione di due altri nuovi, suddividendo le *Myostomæ* e le *Phorostomæ*.

Le nuove osservazioni mi hanno pure mostrata la necessità di riformare in qualche parte la diagnosi distintiva del Prodromus, nelle sezioni che compongono i due generi di Robineau, il che faccio come segue.

Species Italica unica 1. Microcera *Desv.*

B. *Tibiœ* posticæ setulis, in latere posteriori, longiusculis ciliatœ; in masculo, omnibus subœqualibus, in fœmina nunc subæqualibus, nunc aliquibus validioribus distinctis.

C. *Carina* facialis satis elevata usque et ultra apicem antennarum.
Gen. 2. Myostoma *Desv.*

CC. *Carina* facialis non aut vix ad basim antennarum elevata.
Gen. 3. Phorostoma *Desv.*

Per snddividere poi in due, il genere Myostoma varranno i caratteri seguenti

A. *Abdomen* segmento secundo macrochetis dorsualibus destituto —
Antennarum articulus tertius circiter bilongior, non trilongior, secundo.
Tibiœ posticæ extrinsecus setis œqualibus ciliatæ in utroque sexu.
Gen. 2. (a) Myostoma *Des. Sp.* Microcera *Desv. typ.*

AA. *Abdomen* segmento secundo macrochetis aliquibus dorsualibus munito.
Antennarum articulus tertius circiter trilongior secundo. —
Tibiœ posticæ extrinsecus setis œqualibus in mare ciliatœ, et in fœmina aliquibus sat validioribus distinctis.
Gen. 2 *(*b) Sirostoma *m. Sp.* Triangulifera *Zett. typ.*

pei caratteri della Phorostome vedi la nota a questo genere.

Sp. 1. M. MICROCERA *Rndn.* (♀ ♂). *Desv. Macq.* (♀)
GRISEA *Desv. Macq.* (♀) *var.*

V. Descript. in op: Meigenii Vol. 7: cui adde.

Antennæ fulvescentes, ad apicem magis vel minus infuscatæ — *Patpi* saltem extrinsecus rufescentes — *Vitta* frontalis nunc nigra, nunc piceo-subrufa — *Abdomen* maris, in dorso segmentorum secundi et tertii maculis duabus levibus, subtrigonis, parum aut satis distinctis signatum — *Calyptra* alba.

Non frequenter legitur in collibus agri parmensis, a Majo ad Augustum, in floribus præsertim umbellatarum. In Etruria etiam lecta a D. Piccioli.

Gen. 2. (b) SIROSTOMA *Mihi*

Dexia. *Zett: Egger.*

CHAR. GEN.

Antennæ, satis longiores: Vibrissœ magis proximœ ori; sed prœsertlm absentia macrochetarum in dorso segmenti secundi abdominis: longitudo tripla secundi, non dupla tentum, articuli tertii antennarùm, et presentia setarum satis validarum in serie tibias posticas extrinsecus marginante, genus hoc a præcedente distintum demostrant. — Discum segmentorum abdominis inerme.

SPECIES ITALICA unica 1. TRIANGULIFERA *Zett.*

Sp. 5. *S.* **TRIANGULIFERA** ***Zett.*** (♀ ♂)

LATA. ***Egger*** (***Fœm***)

V. Descript. in opere Zetterstedtii, cui adde: præter ea quœ in generica diagnosi notavi.

Antennarum **basis paulo rufescens:** ***Palpi*** **toti etiam basi rufi — *Fœmina* major, latior, et abdominis maculæ nigrœ trigonæ vix distinctæ in hoc sexu, imo retro observatœ**

non manifestæ. — Abdomen utriusque sexus segmento primo non setoso.

Fœminas nonnullas possideo, quarum una Germanica, alia Tirolis Italici a D[r] De Bertolini capta, tertia a Prof. Bellardi in Pedemontio lecta: Marem vero unicum prope, Tergestum a Clar; Schiner inventum, in collectione mea conservo.

Gen. 3 (a) PHOROSTOMA. *Desv. Rndn.* (*)
OMALOGASTER *Macq.*

CHAR. GEN:

Antennæ non satis abbreviatæ, articulo tertio circiter trilongiore secundo: arista pilis longis prædita — *Vibrissæ* parum ab ore

(*) Nunc genus hoc in duo sejungo characteribus hisce distincta

b. *Arista* longe pilosa — *Tarsi* pulvillis et uncis in utroque sexu sat parvis.

Gen. 3. (*a*) PHOROSTOMA *Desv.*

bb. *Arista* longe pilosa — *Tarsi* pulvillis et uncis in mare sat elongatis.

Gen. 3. (*b*) OMALOSTOMA. *m.*

distantes — *Carina* facialis non distincte elevata, aut parum ad basim tantum antennarum — *Alarum* spinula costalis subnulla: venæ longitudinales quarta et quinta sejunctim costali productœ — *Abdomen* in segmento secundo macrochetis aliquibus marginalibus, in dorso præditum, in omnibus setis discoidalibus destitutum — *Tibiœ* posticæ setis longiusculis crebris extrinsecus ciliatœ, in mare omnibus subœqualibus, in fœmina aliqua sat distinctiore: pulvillis et uncis tarsorum in utroque sexu parvis. — Cœtera fere ut in generibus duobus præcedentibus.

Spec. Italica unica 1. Subrotundata *Desv.*

Sp. 1. P. Subrotundata *Desv. Macq. Rndn.*

Antennœ nigricantes, raro piceœ, rarissimo articulis primis subrufis. — *Palpi* extrinsecus semper plus vel minus rufescentes, intus vel nigricantes vel fusco-rufi — Maculœ abdominis non determinatœ.

Prœterea *Caput* album, genarum foveis lateralibus subrufescentibus; *vitta* frontalis nigra opaca, etiam in mare latiuscula — Calyptra albida — *Corpus* griseo-cinerascens, tessellis, vittis et fasciis nigricante-nitidis — *Pedes* nigri.

Frequens in agro parmensi a Majo ad Augustum a planitie usque ad apenninum. — Vivit etiam in Pedemontio a Prof. Bellardi lectus, et in ditione Tirolis Italici a Prof. Strobel.

Gen. 3. (b) OMALOSTOMA *Mihi.*

Char. Gener.

Circiter uu in Gen. Phorostoma a quo distinctum ut in nota, Pilis aristœ brevissimis præsertim in fœmina; et uncis pulvillisque tarsorum in mare satis longioribus; sed etiam articulo tertio antennarum bilongiore tantum vel non, articulo præcedente.

Abdominis segmenta ut in tribus prœcedentibus generibus in disco non setosa; et tibiarum cilia in masculis setis subœqualibus instructa, et in fœmina, aliquibus sat majoribus distinctis. — *Venœ* longitudinales quarta et quinta sejunctim costali productæ — *Spinula* costalis subnulla.

SPEC: ITALICA unica 1. FORTIS. *m.*

Observ: et descript:

Sp. 1. O. FORTIS *Mihi* LONGIT. *Mill.* 12-13

Griseo-cinerascens, vittis *thoracis*, tessellisque *abdominis* nigricantibus, et limbo postico segmentorum nigronitido. — Caput albicans, nitens, vitta frontali nigroopaca· — *Antennæ* basi paulo rufescentes, alibi nigricantes — *Palpi* saltem apice rufi. — *Calyptra* alba — *Alæ* sublimpidæ: vena prima longitudinali fere contra transversam anteriorem costali conjuncta: secunda satis producta ultra transversam ipsam: quinta a cubito ad apicem subrecta: transversa exteriore sinuosa. — *Abdomen* segmento primo dorso inermi margini pauci-setoso: tertio et quarto setis marginatis — *Pedes* nigri, pulvillis albicantibus.

Uterque sexus collectionis meœ olim a Clar. De Cristofori missus, in Alpibus Insubriœ lectus — Nuper vero fœminam observavi in Pedemontio captam a Prof. Bellardi. — Aliud exemplar possideo masculum, ignotæ originis, cujus antennæ distincte breviores sunt antennis *Fortis*, articulo tertio fere ut prœcedens brevi: et si character iste constans videbitur tunc speciem

diversam designabit, quæ apellabitur — **O. Robusta.** m.

Gen. 4. DEXIMORPHA. *Rndn.* (*)

Dexia *Mgn. Macq.* — **Dinera** *Macq, p.*
Aria ? Billea ? Esteria *Desv. p.*

Char: Gener.

Antennœ sat breves, vel brevissimœ. contra vel sub medium oculorum insertœ; articulo tertio non vel parum longiore secundo — *Arista* plumata — *Facies* inter antennas carina plus vel minus sed distincte elevata — *Genœ* saltem in mare præter setas orales pilosulœ nisi setulosœ — *Alarum* spinula costalis

(*) Generis istius characteres distinctivi reformandi sunt in *Prodromo*, quia in illius tabula analitica, inconsiderate *Spinulam costalem* alarum *deximorphis* partinere dicitur, et non *Dineris*, dum viceversa charactere isto prœditum est genus quintum non quartum;

parva; venœ longitudinales quarta et quinta vel paulo ante costalem conjunctœ, vel sub contiguæ in costali, et aliquando parum remotæ — *Tibiœ* posticæ etiam in latere exteriori ut alibi brevissime setulosæ, macrochetis tantum aliquibus sparsis; — *Pulvilli* et *unci* tarsorum in masculis sat longiores

---

Præterea alia nota distinctiva, conjunctionis in costali venarum longitudinalium quartæ et quintæ instabilem esse in Deximorphœ speciebus observavi, inde genera, Sectionis D sic melius in *Prodromo* distinguenda.

D. *Carina facialis* inter antennas distincte elevata.

E. *Antennarum* articulus tertius longitudine secundo subœqualis.

G. 4. DEXIMORPHA *R.*

EE. *Antenn;* articulus tertius bilongior aut ultra secundo.

F. *Venœ* longitudinales quarta et quinta in costali vel paulo ante. costalem conjunctæ.

G. 5 DINERA *Desv.*

FF. *Venœ* longitudinales quarta et quinta in costali sejunctæ

G. *Proboscis* longa et filiformis.

G. 6. PROSENA *S. F. S.*

GG. *Proboscis* brevis et Crassa.

G. 7. DEXIA — *Mgn.*

DD *Facies* inter antennas non distincte carinata etc.

— Abdominis setœ discoidales adsunt in dorso segmentorum, præter marginales.

SPECIES ITALICÆ

A. *Pedes* nigricantes, tibiis tantum plus minusve fuscorufis.

B. *Vibrissœ* propius ori, quam apici antennarum orientes

— *Abdominis* segmenta duo prima, ad latera setis marginalibus validioribus saltem tribus, in series transversas dispositis, prædita.

Sp. 1. CRISTATA *Mgn.*

BB. *Vibrissœ* circiter æquidistantes ab ore et ab apice antennarum.

Abdominis segmenta duo prima ad latera seta magna unica, et alia antemarginali prœdita.

Sp. 2. MARITTIMA *Macq.*

AA. *Pedes* testacei, tarsis tantum nigricantibus.

Sp. 3. LITORALIS *Bell:*

Observat. et Synon.

Sp. 1. D. Cristata *Mgn. Macq. (* non *Zett)* (nec *Walk.*)
Esteria Imperatoriæ *Desv. Dinera Macq.*

V. Descript. in op. Macq. S. a B., in qua nota

Antennœ nunc fusco rufescentes nunc piceœ — *Genœ* utriusque sexus setulis vel pilis sparsis instructœ — *Abdomen* dorso et lateribus multisetosum, ut in tabula analitica specierum notavi, setœ laterales, in segmentis duobus basalibus saltem tres distinctiores ad marginem dispositœ — *Scutellum* postice rufum.

Variat venis longitudinalibus quarta et quinta sœpius distincte ante costalem conjunctis, et aliquando in costali. contiguæ. — Dexia Cristata Walkerii non ista Meigenii et diversissima.

Species *Cristata* Zetterstedtii sat diversa et alio generi referenda, melius *Zeuxiœ* quam alio: quod confirmant œjusdem notæ specificœ majoris momenti, quales sunt.

Alarum spinula costalis valida — *Vena quinta* longitudinalis quartœ conjuncta semper sat longe a costali, præcipue *Carina* facialis inter antennas deleta etc. — V. Gen: Zeuxia.

Cristatœ Meigenii exemplar unicum in Appennino parmensi legit Doct. Bertéus, alia specimina collectionis meœ in Pedemontio inventa a Geneo et Bellardi.

Sp, 2. D. Marittima *Macq. Rndn.* — *Long. Mill.* 10-11.

Caput sub-albicante-griseum, vitta frontali nigra — *Antennarum* articulus tertius nigricans, præcedens rufus — *Palpi* testacei — *Genœ* in mare pilosulæ, in fœmina nudœ — *Thorax* griseus nigricante-vittatus, scutello fere toto testaceo — *Calyptra* albicantia — *Abdomen* griseum fusco-tessellatum — *Alœ* venis, præsertim transversariis fusci plus vel minus limbatis, puncto fusco distinctiore ad transversam anteriorem — *Pedes* nigricantes, tibiis aliquantulum rufescentibus vel piceis.

Difert a præcedente etiam statura minori, et colore griseo, non cinereo, sed præcipue setis lateralibus abdominis ut in tabula analitica specierum notavi, paucis, et alio modo dispositis.

Variat venis longitudinalibus quarta et quinta in costali nunc coniunctis, nunc contiguis sed non confusis.

Nuper specimen observavi collectionis Pr. Bellardi, ad litora Iuliæ Cesareæ captum, diversum ab exemplaribus nostris, colore tibiarum obscuriore: venis longitudinalibus quarta et quinta in costali paulo remotæ; ano summo apice griseo ut totum abdomen, non subrufescente etc. sed differentiæ istœ individuales non specificæ retinendæ.

Masculum collectionis meœ gallicum, a Cl. Macq. missum, et Fœminæ duœ in Sardinia inventæ a Clar Spinola olim communicatæ.

Sp. 3. D. Litoralis *Bell:* ♀ *Log. Mill.* 10.

Magnitudo et habitus fœminæ *marittimœ*, sed statim dignoscenda, præsertim pedibus totis cum coxis testaceis, solum tarsis nigricantibus; sed etiam colore corporis sublutescente griseo, abdomine non distincte tessellato.

Fœminæ duæ observatœ venas longitudinales prœbent quartam et quintam in costali proximœ sed sejunctœ, et genas, ut in fœmina præcedentis non piligeras.

Maris ignoti forte genœ ut in *marittima* pilis præditœ quia species ambœ satis proximæ, et aliis omnibus charactèribus similes.

Exemplaria duo fœminea a Prof Bellardi comunicata ad describenda, prope Niceam inventa.

Gen. 5 DINERA. *Desv. Mcqrt. Mgn; Rndn.*

Dexia *Mgn. Zett.* — **Musca.** *Fall.*

Char: Gen

Oculi et *Frons* ut in generibus præcedentibus — *Antennæ* breves, contra medium oculorum insertæ, articulo tertio duplo circiter longiore secundo. — *Arista* plumosula — *Setæ* frontales non ultra radicem antennarum productæ — *Vibrissæ* non distantes ab ore. — *Carina* facialis distincte elevata ad basim antennarum rum tantum — *Genæ* nudæ etiam in mare — *Alarum* spinula costalis validiuscula, duplex; venæ longitudinales quarta et quinta, paulo ante costalem, vel in costali conjunctæ — *Abdomen* segmentis tribus posticis ad marginem, sed non in disco setosis — *Tibiæ* posticæ setis distinctioribus sparsis etiam extrinsecus, non setulis ciliatæ — *Unci* et pulvilli tarsorum in masculis distincte majores

Spec. Italica unica 1. Rufifrons *Mihi.*

Observ: et Synon.

Sp. 1. **Rufifrons** *Mihi.*

Grisescens? *Fall? Mgn? Zett? Rndn.* (*olim*) *Flavicornis? Mgn.*

Fulvipes? *Desv.* — Cinerea? *Macq.* —

Diu animi pendidi in speciei istius determinatione, aliquœ ab auctoribus descriptœ eam referre studens, sed nunc nec Dexiæ *Grisescenti* Fall: nec *Flavìcorni* Meigenii seu *Fulvipedi* Desv, nec *Cinereœ* Macq: adscribendam esse puto, ideo nomine Rufifrontis eam distinguo, quia satis diversam et distinctam a notis et descriptis credo.

Et revera a D[a] *Grisescente* difert — *vitta* frontali semper fulva, saltem late prope antennas, non nigricante — *Antennis* articulis primis semper rufescentibus, non totis bruneis — *Pedibus* cum femoribus semper testaceis, tarsis tantum nigricantibus, non femoribus nigris; vix alìquando basi fusca, vel fusco-vittatis.

A *Flavicorne* Meig; seu *Fulvipede* Desv — *Antennarum* articulo tertio nigricante, non antennœ totœ fulvœ. — Vitta frontali fulva, non fusco-brunea — *Abdomine* griseo unicolore, non fusco-nitente.

A *Cinerea* Macq: — *Vitta* frontali fulva non fusca — *Articulo tertio* autennarum circiter bilongiore secundo, non brevissimo etc.

Species nostra variat colore nunc griseo nunc cinereo, et venis longitudinalibus quarta et quinta sœpius ante

costalem, et aliquando in costali conjunctis - Statura quoque sat variabilis.

Vulgaris in toto agro parmensi a Majo ad Octobrem et in aliis Italiæ plagis etiam non rara. In Etruria a Doct. Piccioli, in Pedemontio a Mussino et Bellardi, In Insubria a Com. D' arco et Villa inventa.

Gen. 6. PROSENA *St. F: S. Desv. Macq. Zett. Mgu. 7: Walk: Rndn.* (*)

Stomoxis. *Fabr. Fall. Mgn. Curtis.*

CHAR: GENER.

Oculi et Frons fere ut in genere prœcedente — *Antennœ* modice elongatæ, contra medium oculorum insertæ; articulo tertio circiter

(*) V. Archivio per la Zoologia — Genova 1861

trilongiore secundo; a *carina* faciei interposita, satis elevata sejunctœ — *Arista* plumata — *Genœ* nudœ — *Proboscis* longissima filiformis, antice porrecta — *Vibrissœ* prope orem insertœ. — *Alarum* spinula costalis parva sed distincta: venœ longitudinales quarta et quinta sejunctim costali productœ, angulo quintæ non appendiculato — *Abdomen* setis marginalibus tantum instructum — *Tibiœ* posticœ non ciliatœ, parce setosœ — *Pulvilli* et *unci* tarsorum in mare parum longiores.

Species Italicæ

A. *Scutellum* in utroque sexu postice vel limbo rufescens.

B. ♂ *Abdomen*, fascia dorsuali nigra in segmento secundo postice satis latiore: in segmento tertio basi angustiore.

♀ Abdomen lateribus ad basim paulo rufescentibus.

Sp. 1. Sybarita (*) *Fab.* (*mas*)

BB. ♂ *Abdomen* fascia dorsuali nec in segmenti secundi apice manifeste dilatata, nec basi tertii distincte angustiore; ♀ basi non rufescente ad latera.

Sp. 2. Epicurèa *Rndn.*

(*) a Sybaris, inde non *Siberita* ut fere omnes dipterologi scribunt, nec *Sibirica* ut a S. Farg: et Macq; apellata

AA. *Scutellum* in utroque sexu griseum, ut abdomen.
Sp. 3. Luculliana *Rndn.*

Observ: et Sinon:

Sp. 1. P. Sybarita *Rndn.*

Siberita *Fab:* (*mas*) *Latr. Fall. Mgn. Curtis Zett. Walk Rndn.* (*mas et fœm*)

Longipes *Gmel.* (*fœm*) — Irritans *Pnz. p.* — Grisea ? *Fab.* (*fœm*)

V. Descript: in op; Zetterstedtii

Difert a sequente statura semper majore, et abdomine maris, latius lutescente diaphano, sed præsertim forma fasciæ nigricantis dorsualis in segmento secundo postice distincte dilatata et basi tertii angustata: Fœmina vero a fœminis *Epicureæ*, prœter magnitudinem majorem distincta est etiam, basi abdominis parum, sed manifeste ad latera lutescente.

Ab ultima specie seu a *Lucculliana* ambœ prœcedentes diversœ sunt, colore scutelli postice vel limbo semper testaceo, et maris abdomine lateribus luteo-diaphanis, non corpore toto cinereo etc.

Dubitanter in Synonim: *Griseam* Fabr. posui, quia pedum femora tantum testacea prœbere ex diagnosi videtur, dum in speciebus nostris etiam tibiœ lutescente rufæ observantur.

Raro in Apennino parmensi legitur ubi eam invenit Doct. Bertéus: Alia specimina col: meæ, Podemontana vel Tyrolis Italici, vel Insubrica a Bellardi, De Bertolini, et Decristofori missa — Exemplaria quoque similli-ma possideo Germanica et Gallica.

Sp. 2. Epicurea *Mihi.*

Similis præcedenti et faciliter cum eadem confundenda; tamen diversa, statura semper distincte minori utri-usque sexus: maris abdomine colore luteo laterali minus lato, sed magis, forma fasciæ dorsualis ni-gricantis, non angulatim dilatata ad marginem po-sticum segmenti secundi, et basi segmenti tertii non distincte angustiore, sed gradatim ampliata versus apicem: Fœminæ abdomine toto etiam lateribus prope basim fusco cinereis.

Nota etiam *Sybaritam* in montuosis parmensibus semper lectam fuisse et numquam in planitie, dum *Epicurea* frequens, imo vulgaris in tota planitie nostra et in collibus a Majo ad Octobrem.

Ab Etruria Piccioli, ab Insubria Villa, a Venetiis Contarini a Regno Neapolitano Costa, a Pedemontio Mussino et Bellardi, exemplaria speciei miserunt.

Observationibus meis, fœmina larvipara, non ovipara —

Sp. 3. P. LUCULLIANA *Mihi.*

A prœcedentibus distincta statura etiam minore, et prœsertim colore scutelli toto fusco-griseo, nec postice rufescente, nec rufo-limbato; et maris abdomine toto etiam grisescente fusco.

Fœmina a me non observata sed facile distinguenda si inveniatur colore scutelli toto griseo.

Marem tantum inveni tempore æstivo in collibus agri Parmensis.

Gen. 7. (a) DEXIA *Mgn.* (*) *Latr: Desv. Macq. Zett. Walk. Rndn.*
Musca *Fabr? Fall.*

Char. Gen:

Oculi et Frons ut in generibus prœcedentibns — *Proboscis* brevis, non filiformis — *Vibrissarum* par unicum prope orem insertum — *Antennœ* modice elongatœ, contra medium oculorum insertœ, articulo tertio saltem duplo longiore secuudo — *Arista* plumata — *Facies* carina distincte elevata in medio antennarum — *Genœ* nudæ — Alæ vena longitudinali quinta sejunctim a quarta, rarissimo conjunctim costalem attingente; cubito quintæ appendiculato; spinula costali distincta — *Pedes* tibiis

---

(*) A quo nunc sejungendum esse puto Gen. *Myocera* Desv, sic a *Dexiis* distinctum.

A. *Abdomen* setis discoidalibus præter marginales in dorso, saltem maris instructum — *Alarum* spinula costalis satis distincta; vena quinta longitudinali cubito appendiculato.

Gen. 7. (a) Dexia *Mgn.*

AA. *Abdomen* in utroque sexu setis tantum marginalibus instructum — *Alarum* spinula costali sabindistincta; vena quinta longitudinali cubito non appendiculato.

Gen. 7 (b) Myocera *Desv.*

posticis non ciliatis, parce setosis; pulvillis et uncis tarsorum in mare longioribus.

Spec: Italicæ

A. *Abdomen.* in utroque sexu griseum unicolor, etiam apice.

Sp. 1. Grisea *Desv.*

AA. *Abdomen* maris lateribus rufescentibus: fœminœ vel nigro-fasciatum vel apice rufo-testaceo.

B. *Abdomen* maris fascia nigricante dorsuali ad basim segmentorum non attenuata, et ano non producta: fœminæ griseum, aliquando ad latera rufo vittatum, ano semper rufo testaceo.

Sp. 2. Rustica *Fabr.*

BB. *Abdomen* maris fascia nigricante dorsuali, ad basim segmentorum attenuata, et ano producta: fœminæ grisei et nigri fasciatum,

Sp. 3. Vacua *Mgn.*

Observ et Synon:

Sp. 1. D. GRISEA *Desv. Macq.*

V. Diagn. Macq. in op. S. a B.

Fœminas duas possideo similes fœminis speciei sequentis, seu *Rusticæ*, a quibus solum diversas esse videntur colore abdominis apice non rufescente, sed toto griseo.

Potius auctoritate Clar. Desvoidyi et Macquartii, qui marem esse dicunt similem fœminæ, quam differentiis sexus istius ab iisdem notatis, speciem adoptavi; nam statura minor, et absentia setarum discoidalium abdomini, etiam in varietatibus fœminæ D. Rusticæ observantur.

Exemplar unicum a me captum fuit in apennino parmensi, et aliud collectionis meæ a Gallia misit. Clar Macquartiius, nostro simillimum.

Sp· 2. RUSTICA *Fabr. Mgn. Desv. Macq: Zett. Walk.*

INTERRUPTA *Macq.* (*v. fœminæ*)

V. Descript: in opere Zetterstedtii, cui adde:

Maris abdomen semper etiam in disco setis dorsualibus nonnullis majoribus, præditum; quibus fæmina aliquando caret; maris exemplaria sat variabiles sunt statura, latitudine fasciæ nigræ abdominalis, colore abdominis testaceo nunc minus nunc magis saturo — Fœminæ abdomen nunc totum griseum, ano excepto rufo, et

nunc magis vel minus late rufo-fasciatum ad latera, in quibus varietatibus forte locanda, species *Interrupta* Macquartii.

Communis cum variatibus a Majo ad Julium in collibus et montuosis agri parmensis; in planitie minus frequens.

In Pedemontio Dr Garbiglietti et Bellardi: in Sardinia Genèus, In Insubria Erra, In Etruria Piccioli, iu Agro Tridentino De Bertolini, speciem legerunt.

Sp. 3. D. VACUA *Fall. Mgn. Macq. Zett. Walk.*

V. Descript: in opere Zetterstedtii.

Species sat raro lecta in apennino parmensi a Doct. Bertèo ed a meipso: In alpibus Insubriæ a Galeazzi, Pedemontii a Bellardi, Tyrolis meridionalis a Strobel inventa.

Gen. 7 (a) **MYOCERA** *Desv.*

Dexia *Mgn. Macq. Zett. Walk. Rndn.*

Musca *Fall.*

Char. Gen.

Circiter ut in dexia exceptis tantum notis distinctivis ut supra indicatis, scilicet.

Alarum spinula costalis sub-indistincta — *Vena* longitudinalis quinta cubito non appendiculato, (nisi sat raro et brevissime in exemplare aliquo abnormi) — *Abdomen* utriusque sexus margine tantum segmentorum et non, nisi breviter, in disco setosum.

Species Italicæ

A. *Palpi* extrinsecus rufescentes — *Antennarum* articuli primi etiam paulo rufi.

Sp. 1. **Ferina** ***Fall.***

AA. *Palpi* toti nigri vel nigricantes, ut *antennæ* etiam basi.

Sp. 2. **Carinifrons** ***Fall.***

Observat. et Synon.

Sp. 1. M. FERINA *Fall. Mgn. Macq. Zett.*
LONGIPES *Desv.* (*mas*)

V. Descript. in Op. Zetterst: in qua corrige.

Palpi non toti flavi, sed apice tantum rufescentes, ut legitur in diagnosi Falleniana: et *vena quinta* longitudinalis a cubito ad apicem subrecta, non curva.

Non frequenter lecta in Apennino parmensi tempore œstivo, rarissimo in collibus. — In Pedemontio quoquo capta a Bellardi.

Sp. 2. CARINIFRONS *Fall. Mgn. Macq. Zett. Rndn.*
ANTHOPHILA *Desv.*

V. Descript. in op. Zetterstetii.

Species maxime variabilis, præsertim magnitudine. In varietatibus forte species aliqua diversa latitat œgre distinguenda, ut ex gr. Sp: *Irrorata* Meigenii.

Fœminæ plures, abdominis segmentum primum dorso inermi, aliœ ad marginem posticum bisetosum prœbent — Mares aliqui setas duas morgini postico segmenti secundi in dorso possident, aliqui setas 4 aut 6 etc, Species, observat: meis larvipara.

Vulgaris cum varietatibus in toto agro parmensi etiam apennino, a Majo ad Octobrem.

In aliis quoqne Italiœ plagis sœpe lecta.

Gen. 8. ZEUXIA. *Mgn: Macq: Rndn:* (*)
DEXIA. *Zett:*

CHAR. GENER.

Oculi et Frons circiter ut in generibus præcedentibus — *Antennœ* breves, contra medium oculorum insertæ, articulo tertio parum aut ad summum duplo longiore secundo — *Arista* plumata. — Vibrissæ duæ magis vel minus proximæ margini orali — *Proboscis* brevis — *Palpi* in fæmina crassiusculi — *Alarum* spinula costalis plus minusve valida: venæ quarta e quinta semper ante costalem conjunctæ, angulo quintæ appendice instructo sat distincta. — *Abdomen* setis etiam discoidalibus munitum — Unci et pulvilli tarsorum in masculis majores.

(*) Archivio per la Zoologia. Genova 1861.

Species Italicæ

A. *Antennarum* articulus tertius fere bilongior secundo — *Tibiæ* late rufescentes.

Sp. 1. Bohemani *Rndn.*

AA. *Antennarum* articulus tertius vix secundo longior. — *Tibiæ* ut pedes toti nigricantes.

B. *Vena* quinta longitudinalis quartæ conjuncta satis extra apicem tertiæ.

C. *Antennarum* articuli basales, ut *palporum* apex rufescentes vel fusco-testacei — *Venæ* quarta et quinta longe a costali connexœ.

Sp. 2. Parmensis *Rndn.*

CC. *Antennæ* totæ, ut *palpi* etiam apice, nigræ — *Venæ* quarta et quinta prope costalem connexæ.

Sp. 3. Subapennina *Rndn.*

BB. *Vena* quinta longitudinalis quartæ conjuncta contra apicem tertiæ.

Sp. 4. Cinerea *Mgn.*

Observat: et Synon.

Sp. 1. Z. Bohemani *Mihi.*

Cristata *Zett.* (non Meig)

V. Description. Dexiœ Cristatæ Zetterstedtii in op. Dipt. Scandinaviæ; in qua nota.

Fœminas a me observatas articulum secundum antennarum paulo rufescentem prœbere.

Adde *Carina* Facialis inter antennas deleta, et *venœ* quintæ longitudinalis cubitus appendicula magis vel minus brevi instructus.

Mas speciei mihi ignotus: Fœminæ a me observatæ vel in Insubria, forte alpina, a De Cristofori et Galeazzi lecta, vel in Pedemontio a Spinola et Bellardi.

Sp. Parmensis *Rndn.* (in Litt: et in Museo Bononiensi 1848)

Tergestina *Schin.* (In litt. 1857.)

Longit. Maris et Fœm: Mill. 8-9

Antennœ nigricantes, articulis basalibus saltem extrinsecus rufescentibus — *Palpi* ad apicem magis vel minus late rufi, et plus vel minus distincte, in masculis tamen angustius; in fœmina crassi subclavati. — *Setœ* frontales masculi series duas, fœminæ quatuor constituentes — *Alarum* vena longitudinalis quinta quartœ conjuncta sat extra apicem tertiœ, sed longe a

costali non vix ante ipsam: cubito appendice instructo tota perfecta, seu ad apicem non spuria — *Corpus* griseum, tessellis et margine segmentorum nigricante nitidis, Fœminæ lateribus non raro magis, vel minus rufis rarius in mare — *Pedes* nigri — *Calyptra* alba — *Vitta* frontalis nigra vel picea.

Mas variat abdomine tessellis et margine segmentorum non distincte nigricantibus.

Frequens in agro parmensi a majo ad augustum, tam in planitie quam in montuosis — Lecta etiam in Liguria a Mussino, ad Tergestnm a Schiner: qui eam misit, nomine distinctam *Tergestina.*

Sp. 3. Z. SUBAPENNINA *Mihi.*

Similis habitu statura etc. Sp; præcedenti, a qua tamen distinctissima: *Palpis* etiam apice, et *antennis* etiam basi nigris, et *Venis* longitudinalibus quarta et quinta sat prope costalem, et fere in costali conjunctis — Prœterea magis nigra, et tessellis abdominis distinctioribus.

Setœ capitis in mare series duas in fœmina quatuor constituentes.

Fœminas tantum raro legi in collibus ditionis parmensis, tempore œstivo.

Sp. 4. **Z.** Cinerea (*) *Mgn. Macq. Rndn.*

V. Descript. in op: Meigenii Vol. 5: cui adde.

Maris *frons* ut in fœmina series quatuor setarum ferens, non duas tantum ut in aliis speciebus — *Antennarum* basis saltem extrinsecus rufescens — *Vena* quinta longitudinalis quartæ conjuncta circiter contra apicem tertiæ, et a costali distans: quintæ cubitus appendice prœditus basi perfecta apice spuria — *Abdominis* latera paulo aliquando rufescentia.

Marem observavi ab Austria missum a Doct. Schiner et fœminam a Cl. Spinola tamquam germanicam accepi.

(*) In Italia nondum inventa, sed hic locata ut omnes congeneres melius inter se distinctœ sint: et quia faciliter in posterum etiam apud nos invenienda.

Genus 9. DEXIOSOMA. *Rndn.*

Dexia *Mgn. Macq, Zett. Walk*

Musca *Fab. Fall.*

Char. Gener

Antennæ sat breves, supra medium oculorum orientes, articulo tertio duplo et ultra longiore secundo — *Arista* brevis, plumata vel pilosula. — *Setæ* frontales ultra radicem antennarum paulo productæ: setæ orales vibrissis vel quatuor vel sex per paria decussatis — *Facies* obesa sed non manifeste inter antennas carinata — *Peristomium* inferne sat productum, longitudine circiter oculorum — *Alarum* spinula costalis distincta: venæ longitudinales quarta et quinta sejunctim costali productæ: quinta angulatim cubitata, cubito appendice valida instructo — *Abdomen* setis discoidalibus destitutum — *Pulvilli* et *unci* tarsorum in mare longiores.

Species Italicæ

A. *Pedes* nigri, tibiis tantum paulo rufescentibus.

Sp. 3. Longifacies *Rndn.*

AA. *Pedes* flavi tarsis tantum nigricantibus.
Sp. CANINA *Fabr.*

Observ. et. Synon:

Sp. 1. D. LONGIFACIES *Rndn.* (In *Museo* Bononiensi et in Litt.)

Long: Mitt. 9-12.

Grisea *Capite* albido-sericeo fronte parum lutescente; vitta frontali, palpis e basi antennarum plus minusve rufescentibus — *Genæ* contra antennas setulis brevibus instructæ. — *Arista* breviter sed crebre pilosa, pilis superne minus brevibus: ad basim anguste incrassata — *Thorax* vittis quatuor nigricantibus, dorsualibus, interruptis — *Scutellum* griseum unicolor — *Abdomen* fusco-tesselatum: segmento primo non setoso secundi dorso postice setis duabus; ultimo serie duplici apicali setarum instructis — *Alarum* vena transversa exterior satis proxima cubito quintæ longitudinalis — *Squamæ* albicantes — *Pedes* nigri, grisei adspersi, tibiis paulo rufescentibus; anticis, in latere anteriori setis parum validis instructis.

Specimen melitense possideo antennis totis rufis instructum.

Vulgaris in toto agro parmense a Majo ad Octobrem.

In aliis plagis italicis etiam legitur tam meridionalibus quam borealibus: usque ad insulam Melitam habitans.

A Germania quoque duo specimina accepi, nostris similima.

Spec. 2. CANINA ***Fab*: *Fall: Mgn: Macq: Walk Rndn*.**

V. Descript: in opere Zetterstedtii, optimam.

Non frequenter legitur in apennino parmensi, ubi inventa fuit a Doct. Berteo et a me ipso. In Pedemontio quoque vivit a Bellardi capta, et in Insubria ab Erra —

Gen. 9. (bis) EGGERIA *Mihi* (*)

Dexia. *Egger.*

Char: Gen:

Antennæ sat breves, contra nisi sub medium oculorum insertæ, articulis secundo et tertio subæque longis — *Arista* antennis longior brevissime pilosula — *Setæ Frontales* non ultra radicem antennarum productæ: *orales* vibrissis duabus tantum decussatis, prope orem insertis — *Facies* non carinata manifeste inter antennas — *Alarum* spinula costalis distincta: venæ longitudinales, quarta et quinta sejunctim costalem attingentes; quinta angulatim cubitata, cubito appendice valida instructo — *Abdomen* setis discoidalibus præditum, præter marginales — *Pulvilli* et *unci*

(*) Genus pro specie institutum, prope Targestum capta a Clar. Egger. et Bononiœ a Doct. Tachetti; post Dexiosomas locandum a quibus præcipue distinctum, ut sequitur.

A. *Vibrissœ* decussatæ quatuor vel sex — *Abdomen* setis marginalibus tantum instructum.

Gen. 9. (a) Dexiosoma *R.*

AA. *Vibrissœ* duæ tantum decussatæ = *Abdomen* setis etiam discoidalibus præditum.

Gen. 9. (b.) Eggeria. *R.*

tarsorum in masculis longi — *Tibiæ* posticæ extrinsecus non ciliatæ, setis validis varie elongatis præditæ.

Species Italica Unica 1. Erithræa *Egg.*

Observ:

Sp. 1. E. Erithræa *Egger.*
Hirsuta? var? *Macq.*

Proxima videtur Dexiæ Hirsutæ Macquartii, cui forte congener nisi æqualis — *Palpi*, *Vitta-frontalis*, et *Pedes* nigra vel nigricantia — *Setæ frontales* longæ, etiam in masculis series duas duplicatas constituentes — *Genæ* præter setas orales nudæ — *Peristomium* subtus distincte productum, sed brevius oculis — *Abdomen* setis in disco et margini præditum, lateribus in segmentis duobus primis, fusco rufescentibus — *Thorax* vittis quatuor dorsualibus nigris distinctis in mare, tribus in fœmina.

Marem unicum possideo a Cl-Schiner missum, et ab Egger prope Tergestum inventum. Fœminam quoque unicam vidi, Bononiœ captam a Doct. Tacchetti.

Gen. 10. THERIA *Desv. Rndn.*

Sarcophaga *Mgn. Macq. Zett.*

Musca *Fall.*

Char. Gen:

Setœ frontales in mare series duas, in fœmina quatuor constituentes — *Vibrissœ* prope orem insertæ — *Facies* inter antennas non carinata — *Genœ* contra oculos macrochetis munitæ — *Peristomium* inferne non satis productum, ad marginem oris setis validis ciliatum — *Antennœ* supra medium oculorum insertœ, modice elongatœ, articulo tertio circiter trilongiore secundo. arista in medietate basali crebre pilosa — *Alarum* vena quinta

sejunctim a quarta costali producta, angulo apparenter appendiculato — *Abdomen* setis discoidalibus destitutum — Pedes setosi sed non crebre et longe pilosi: tibiis anticis serie setarum sub continuata extrinsecus prœditæ; posticis in margine posteriori non ciliatis: pulvillis et uncis longioribus in mare, istis non obtruncatis — *Organa* copulatoria maris distincta: sed non inflata nec satis producta.

SPEC. ITALICA unica 1. MUSCARIA *Mgn.*

Observ et Synon:

Sp. 1. T. MUSCARIA ***Mgn. Macq. Zett. Rndn.***

PALPALIS ? *Desv.*

V. Descript: in op; Zetterstedtii optimam

Variat articulo secundo antennarum saltem extrinsecus paulo rufescente, et arista anulo pallescente sub intermedio aliquando distincto, aliquando non.

Musca *Ruralis* Fall: quæ colore rufo palporum et aliis characteribus proxima apparet speciei nostræ, distinctissima est et facilius non congener, brevitate sat minore articuli tertii antennarum, et genis vix pilosis non macrochetis sat validis instructis.

Muscaria non frequens in agro parmensi, temporæ œstivo in collibus legitur. — Fœmina rarior videtur. — In Pedemontio quoqne lecta a Doct· Garbiglietti et Prof. Bellardi.

Gen. 11. SARCOPHAGA *Mgn. Macq: Zetl. Walk: Rndn* (*)
Myophora Agria. *p. Desv.* — **Musca** *Lin: Fall. Fabr. Scop. Rossi etc.*

Char. Gener.

Epistomium pilosum, ore setulis non macrochetis marginato — *Setæ* frontales maris series quatuor constituentes. — *Antennæ* supra medium oculorum insertœ, articulo tertio circiter bilongiore non trilongiore secundo — *Arista* in medietate basali supra ut sublus pilosa — *Genæ* ante oculos pilis vel setis, sed non macrochetis validissimis munitœ aliquibus in seriam obliquam dispositis. Venæ longitudinales quarta et quinta sejunctim costali productæ: quintœ cubito plus vel minus distincte appendiculato, saltem apparenter — *Tibiæ* anticæ setulis aliquibus ad basim tantum lateris anterioris munitœ — *Tarsi* pulvillis et uncis in masculis majoribus, istis fere semper obtruncatis — Maris *organa* copulatoria plus minusve porrecta et incrassata, segmento basali rotundato, sed non gibboso elevato.

Segmentum ultimum abdominis setis non hirtum sed serie tantum marginali cinctnm.

(*) V. Atti della Società Ital: di Scienze Naturali 1861,

SPEC: ITALICÆ

A. *Abdomen* apice nigro vel nigricante In utroque sexu (in unicæ speciei femina tantum, rufescente)

B. *Alarum*, vena quarta tantum longitudinalis ad basim setulosa, non etiam secunda.

C. *Tibiæ posticæ* maris (1) intus barbatæ vel pilis longis villosæ.

D. *Frons* maris angustissima, fere quadruplo angustior singulo oculo.

Sp. 1 AGNATA PICCIOLI

DD. *Frons* maris plus minusve lata, ad summum duplo angustior oculis.

E. *Abdominis* segmentum secundum setis saltem duabus marginalibus in dorso munitum. (2)

F. Setulæ genarum omnes exiles, seu nullis distincte validiusculis.

G. *Tibiæ* intermediæ in latere posteriori longe et crebre

---

(1) In hoc genere species non raro characteribus tantum masculorum dignoscendæ sunt: Fœminæ omnes a masculis distinctæ, *fronte* latiore: *pedibus* non villosis, *uncis* anticis non obtruncatis, A*no* non incrassato, sed alii characteres circiter ut in maribus.

(2) In exemplaribus in quibus setæ abdominales deciderunt, puncto impresso locum ubi insertæ erant, attente observando cognoscitur; tamen in fœminis S. *Carnariæ* Setæ dorsuales segmenti secundi aliquando sat parvæ aut subnullæ.

villosœ, villis tamen sat brevioribus barba posticarum.

Sp. 2. CÆRULESCENS ? *Zett.*

GG. *Tibiœ* intermediæ breviter vel brevissimæ hirtœ

i. — *Femora* postica maris in latere exteriori, inferne pilosa, et simul setis validis munita.

m. *Vena transversa* exterior plus minusve sinuosa — *Abdominis* segmentum secundum setis lateralibus 1-2.

Sp. 3. CARNARIA *Lin.*

mm. *Vena* transversa exterior recta — *Abdominis* segmentum secundum, ut tertium, setis lateralibus circiter 4

Sp 4. COGNATA *Schembri*

ii. *Femora* postica in mare pilis et setulis exilibus longis inferne munita, sed setis validis nullis.

Sp. 5. FILIA *Rndn.*

FF. *Setœ* genarum aliquæ sat distincte validiores.

Sp. 6. SORGR *Rndn.*

EE. *Abdomen* segmento secundo setis dorsualibus destituto.

K. *Vena* secunda longitudinalis distincte et satis producta ultra transversam anteriorem — *Transversa* exterior satis longior distantia a cubito quintœ longitudinalis

L. *Femora* postica in latere exteriori, inferne villosa, sed setis validis destituta, (in mare)

Sp. 7. Noverca *Rndn.*

LL. *Femora* postica inferne villosa et setosa.

M. *Genitalia* maris, segmento primo non retracto, et nigro-nitido.

N. *Tibiæ* posticæ tantum intus longe villosæ, intermediæ etiam apice brevissime hirtæ.

Sp. 8 Melanura *Mgn.*

NN. *Tibiæ* etiam intermediæ, versus apicem, intus subbarbatæ.

Sp. 9. Matertera *Rndn.*

MM. *Genitalia* maris, segmento primo plus minusve retracto, quando partim porrecto griseo, non nigro-nitido.

O. *Spinula costalis* sub-indistincta frons lutescens.

Sp. 10 Privigna *Rndn.*

OO. *Spinula* costalis valida, aut saltem satis distincta. Frons albicans.

Sp. 11. Agricola *Mgn.*

KK. *Vena* secunda longitudinalis non distincte vel parum producta ultra transversam anteriorem — *Transversa*

exterior longitudine parum diversa distantiœ a cubito quintæ longitudinalis.

Sp. 12. Pumila *Mgn.*

CC. ***Tibiœ*** posticæ maris, ut in fœmina intus subnudæ, vel breviter et parce pilosæ.

P. ***Frons*** etiam maris fere latior singulo oculo.

Q. *Vena quinta* longitudinalis angulo acuto flexa — ***Tibiœ*** posticæ maris, intus, pilis aliquibus distinctioribus instructæ.

Sp. 13. Socrus ***Rndn.***

QQ. *Vena* quinta longicudinalis angulo rectn flexa ***Tibiœ*** etiam maris intus subnudæ.

R. *Arista* subnuda: *Vena* transversa exterior sinuata et sat longior distantia a cubito quintæ longitudinalis.

Sp. 14. Laticornis ***Mgn.***

RR. *Arista* pilis brevibus vestita sed nou brevissimis — transversa exterior subrecta, et fere longa ut distantia a vubito quintæ longitudinalis.

Sp. 15. Nigricantis ***Mhn.***

RR. ***Frons*** maris angustior oculis, nisi angustissima.

p. Venæ longitudinales alarum quarta et quinta paulo ante costalem conjunctæ.

Sp. 16. Minima n.

pp. Venæ longitudinales quarta et quinta sejunctim costali productœ vel in costali ipsa continguæ.

S. *Protuberantiœ analis* masculi, segmentum primum, non aut vix retractum — *Tibiœ posticœ* setulis brevibus et parvis intus ciliatæ.

T. *Abdomen* setis dorsualibus in segmento secundo destitutum — *Frons* satis angustior oculis in mare.

Sp. 17. Arvorum *Mgn*

TT. *Abdomen* setis dorsualibus in segmènto secundo præditum. — Frons maris neque duplo angustior oculis

Sp. 18 Iuvenis *Rndn.*

SS. *Protuberantiœ analis* masculi segmentum primum, seu basale, retractum, aut vix porrectum — *Tibiœ* posticæ intus subnudæ.

U. *Abdomen* griseum, vitta dorsuali integra, et punctis, vel vittis sejunctis lateralibus nigris, vel nigricantibus.

V. *Abdomen* punctis lateralibus nigris, margini postico segmentorum signatum.

Sp. 19. Affinis *Fallen.*

VV. Abdomen vittis lateralibus nigricantibus ad basim segmentorum signatum.

Sp. 20. Lineata *Fall.*

UU. *Abdomen* vel cinerascens fasciis tribus longitudinalibus nigricantibus integris; vel grisei et nigricantis tessellatum.

X. *Abdomen* cinereum vittis tribus integris nigris: setis lateralibus segmentorum primi et secundi, a tribus ad quinque.

Sp. 21. CLATHRATA *Mgn.*

XX. *Abdomen* grisei et nigricantis tessellatum; seta unica laterali in segmentis primis.

Sp. 22. ADOLESCENS *Rndn.*

BB. *Venæ longitudinales* secunda et quarta superne setulosæ.

Z. *Tibiæ posticæ* maris intus subnudæ.

Sp. 23 SETIPENNIS *Rndn.*

ZZ. *Tibiæ posticæ* maris intus parce pilosæ vel subbarbatæ

Y. *Tibiæ posticæ* maris parce intus pilosæ — *Vena* transversa exterior recta, et subperpendicularis quartæ longitudinali.

W. *Abdomen* setis dorsualibus in segmento secundo destitutum — *Frons* angusta.

Sp. 24. PUERULA *Rndn.*

WW. *Abdomen* setis duabus in segmenti secundi dorso munitum — *Frons* latiuscula.

Sp. 25. INFANTULA *Rndn.*

YY. *Tibiæ* posticæ maris intus sub-barbatæ — Vena transversa exterior sinuosa et obliqua.

Sp. 26. SETINERVIS *Rndn.*

AA. *Abdomen* apice rufo vel rubescente in utroque sexu.

†. *Venæ* longitudinales secunda et quarta superne setulosæ

Δ. *Tibiæ posticæ* maris intus parce pilosæ -- *Spinula* costalis vix distinguenda.

Sp. 27 HÆMORRHOA *Mgn.*

ΔΔ. *Tibiæ* posticæ maris intus sub-barbatæ — *Spinula* costalis valida.

Ω *Abdomen* segmento secundo setis dorsualibus duabus munito, sat distinctis.

Sp. 28. NEPOS. *Rndn.*

ΩΩ. *Abdomen* segmento secundo setis dorsualibus destitnto aut satis exiguis.

Sp. 29. AMITA. *Rndn.*

††. *Vena* longitudinalis quarta tantum, ad basim setulosa

a. *Tibiæ* posticæ maris intus barbatæ.

b. *Femora* postica, inferne pilosa, sed setis validis non prædita.

Sp. 30. CONSOBRINA Bellardi

bb. *Femora* postica in latere exteriori pilosa et setis distinctis inferne prædita.

c. *Abdomen* segmento secundo setis dorsualibus destituto, aut satis parvis et flexis.

d. *Protuberantiæ* analis masculi segmentum primum griseum.

e. ***Frons*** subflavescens vel grisescens — *Angulus* venæ longitudinalis quintæ acutus vel subacutus.

Sp. 31. { NURUS ***Rndn.***
HÆMORRHOIDALIS *Mgn.* (*non* ***Fall.***) }

ee. ***Frons*** alba — Angulus venæ quintæ rectus.

Sp. 32. CRUENTATA *Mgn.* (*non* ***Zett.***)

dd. ***Protuberantiæ*** analis masculi, segmentum primum atronitens.

Sp. 33. PROXIMA ***Rndn.***

cc. *Abdomen* segmento secundo setis duabus dorsualibus munito, sat distinctis et erectis.

Sp. 34. HÆMORRHOIDALIS *Fall*: *Var*: (*non Mgn.*)

aa. ***Tibiæ*** *posticæ* maris intus nec barbatæ nec longe pilosæ

f. *Vena secunda* longitudinalis distincte producta ultra transversam anteriorem

g. ***Protuberantiæ*** analis masculi, segmentum primum rufum ut apicale — *Abdominis* segmentum secundum setis duabus dorsualibus præditum.

Sp. 35. ERYTHRURA *Mgn.*

gg. ***Proluberantiæ*** analis masculi, segmentum basale griseum — *Abdominis* segmentum secundum setis dorsualibus destitutum.

Sp. 36. CONSANGUINEA ***Rndn.***

ff. *Vena secunda* longitudinalis non distincte producta ultra transversam anteriorem.

Sp. 37. Hæmatodes *Mgn.*

Hæmorrhoidalis *Fall.* (*non Zett*·)

(Nota) Sarcophaga *Athropos* Meig. nondum in Italia capta, facile distinguenda a *carnaria* et affinibus, pictura segmenti primi protuberantiæ analis in masculo, ubi in colore griseo puncta duo lateralia nigro-nitida, et vitta interposita nigra distincta sunt.

Sarcophaga *Vagans* Meig. cuius mas protuberantiam analem nigram, ct fœmina anum rufescentem præbent inter nostrates non cognovi: sed dubitanter italicis non adscribenda, quia exemplaribus utriusque sexus copulatis non inventis, feminam ejusdem speciei sat facile confundenda cum aliis fœminis ano rufo, et marem cum aliis maribus ano nigro, pro insufficientia descriptionum.

Pro Sarcophaga *Vicina* Macq. V. notam post descriptionem Sp. Consobrinæ Bell:

Sarcophagæ *Striata* Fabr. et *Albiceps* Mgn. a diagnosibus non distinguendœ, et aliquæ nostræ forte illis referendæ, aut melius, illas tamquam, varietates, aliarum considerare debemus.

Observ. et. Synon:

Sp. 1. S. AGNATA PICCIOLI (*in litt.*): LONGIT. *Mill.* 8.

(Mas) Nigra nitida, *Thorace* grisei quadrivittato, et *Abdomine* grisei subflavescente-tessellato. — *Caput* albidi nitens: *Fronte* angustissima, et vitta intermedia sublineari — *Setæ* genarum omnes exiles — *Alarum* spinula costalis sub indistincta: vena secunda longitudinalis sat producta ultra Transversam anteriorem, et superne non setulosa: Transversa exterior satis longior distantia a cubito quintæ longitudinalis — *Abdomen* segmento secundo setis duabus dorsualibus ad marginem posticum instructo — *Genitalia* parum porrecta, segmento apicali atro, basali fusco-griseo — *Pedes*, uncis tarsorum anticorum non obtruncatis: tibiis posticis intus longe villosis, sed non crebre barbatis: femoribus posticis in latere exteriori inferne pilosa et simul setis validiusculis munita.

Unicum marem collectionis meæ in Etruria captum, Doct. Piccioli misit.

Sp. 2. S. CÆRULESCENS ? *Zett.*

V. Descript. in opere auct. sup. cit. cui adde.

Abdominis tessellæ dilute sub albidæ, elongatæ, regulares, in series et quasi in fascias subcontinuatæ, a lineis tribus nigris sejunctæ

Tibiæ intermediæ in latere posteriori distincte villosæ, non breviter hirtæ.

Cœteri characteres ut in communissima *S. Carnaria* Lin.

Dubitanter nomen Zetterstedtii adoptavi, quia silet de tibiarum intermediarum charactere, et aliæ notæ distintivæ oculatissimi auctoris, *prominentiæ frontalis. latitudine antennarum* etc. non facile observandæ.

Semel marem legit in Insubria alpina Doct. Galeazzi entomologus mediolanensis, et mihi benigniter cessum ab eodem.

Sp. 5. S. CARNARIA *Lin. Fab. Rossi. Mgn. Macq. Zett. Walk. Rndn.*

VARIEGATA *Scop.* — Striata? *Fabr. Mgn. Macq. Zett.*

ALBICEPS? *Mgn. Macq. Zett.* — FULIGINOSA *Desv. Macq.*

V. Descript: in opere Zetterstedtii, cui adde:

Caput et prœcipue *frons* flavo sericea vel lutescente aut albido nitida, fronte modice angusta — *Setæ* genarum omnes exiles vel exilissimæ — *Alarum* spinula costalis parva nisi sub nulla: vena secunda longitudinalis sat producta ultra transversam anteriorem et superne non setulosa: transvèrsa exterior plus minusve sinuosa, et duplo circiter longior distantia a cubito quintæ longitudinalis: ista angulo magis vel minus

acuto flexa — *Pedes* postici, femoribus in latere exteriori pilis et macrochetis præditis inferne: *Tibiæ* anteriores et intermediæ intus breviter vel brevissime hirtæ — *Abdominis* segmentum secundum in dorso maris semper bisetosum: fœminæ setis dorsualibus aliquando parvis aut nullis: setæ marginales segmenti secundi duæ ad unumquodque latus, vel una tantum sat validiore: segmenti tertii ad latera setæ circiter 4-5 validæ.

Satis variat statura et colore capitis et corporis: illius a flavido ad albidum transiente, istius grisescentia tessellarum magis vel minus albicante vel lutescente. Speciminibus capite albo forte spec: *Albiceps* Meigeni et facilius etiam *Striata* Fabricii referendæ, quarum notæ distinctivæ in auctorum diagnosibus, vel incertœ vel instabiles. . . Sp. *Fuliginosa* Desv, *Carnariæ* individuis detritis condita, vetustate denudatis et alarum membrana et venis ætate fuscioribus etc.

Vulgaris cum varietatibus in tota Italia etiam insulari.

Sp. 4. S. Cognata Schembri (*in scheda*) — ***Long. Mill.*** 8. (*mas*).

Nigra tessellis et vittis dilute albicantibus — *Caput* plumbeum; fronte modice lata at porrecta — *Setæ* genarum omnes exiles - Alarum vena transversa exterior recta — *Abdominis* segmentum secundum præter duas

dorsuales, setis ad unumquodque latus 4 ut in segmento tertio munitum: setis lateralibus longis sed non validis: pictura abdominis circiter ut in *cærulescente*, alii characteres ut in *carnaria*, a quibus difert notis supra indicatis et statura distincte minori.

Semel marem speciei obtinui a D. Schembri, in Insula Melita captum.

Sp. 5. S. Filia *Rndn. Long. Mill.* 8 (*mas.*) 7. (*fœm.*)

Similis sed minor et angustior carnaria. *Caput* albidi-nitens — *Setæ* genarum omnes exiles, — *Vena* secunda longitudinalis distincte producta ultra transversam anteriorem, et superne non setulosa — *Abdomen* setis duabus præditum in dorso segmenti secundi: sed a Carnaria et affinibus distinctissima, præsertim: *Spinula costali* alarum sat valida: femoribusque posticis in latere exteriori inferne pilosis, sed setis validis nullis.

Præterea *Genitalia* maris atro-nitida, sed segmento basali sæpe macula cinerea signato ad apicem; *tibiæ posticæ* intus parcius villosæ: *vena* transversa exterior parum longior distantia ab angulo quintæ longitudinalis: et venter cinereo tessellatus; quo ultimo charactere difert etiam a S. sinuata et aliis.

In agro Parmensi non frequens tempore œstivo — In Etruria quoque a Doct. Piccioli lecta.

Sp. 6. S. Soror *Rndn. Longit. Mill.* 5-6 (*fœm.*) 5-7 (*mas.*)

Statura et habitu similis Filiæ, a qua et ab omnibus præcedentibus facile dignota setis aliquibus in seriebus faciei satis validioribus 2-3. Et ab illis vel istis etiam distinguenda characteribus sequentibus.

Frons etiam maris latior singulo oculo — *Spinula* costalis alarum validiuscula — *Vena* secunda longitudinalis distincte producta ultra transversam anteriorem, et superne non spinulosa: transversa exterior sub æque longa distantiœ a cubito quintæ longitudinalis — *Abdominis* segmentum secundum setis duabus dorsualibus ad marginem munitum — *Pedes femoribus* posticis in latere exteriori pilosis et setosis inferne: tibiis posticis longe villosis, sed non sat crebre barbatis — *Genitalia* maris modice producta et crassa, atro nitida, sutura sæpe cinerea.

Ab Aprile ad Augustum in collibus et montuosis agri parmensis non raro legitur.

Sp. 7. S. NOVERCA *Rndn.* Longit. Mill' 9-11. (*mas*)

Frons modice lata, albidi-grisea, vix aliqnando sublutescens — ***Setæ*** genarum omnes exiles vel exilissimœ — *Spinula* costalis longiuscula sed sœpius flexa — *Vena* secunda longitudinalis distincte producta ultra transversam anteriorem, et superne non setulosa: vena tsansversa exterior satis longior distantia a cubito quintæ longitudinalis — *Abdominis* segmentum secundum setis dorsualibus destitutum — *Genitalia* marís porrecta segmento apicali atro, basali griseo, præ. sertim in medio, sutura cinerea — ***Pedes*** postici femoribus iu latere exteriori inferne pilosis sed setis validis destitutis: tibiis intus barbatis.

Non frequens mensibus Aprile et Majo, in collibus et montuosis agri parmensis. In Insubria quoque lecta a Prof. Erra, et in Pedemontio a Doct. Garbiglietti.

Sp. 8. S. MELANURA *Mgn. Macq. Zett.*

V. Descript: in opere Zetterstedtii, cui adde.

Setæ genarum omnes exiles vel exilissimœ — *Frons* latiuscula sublutescens — *Spinula* costalis parva sed distincta — *Vena* secunda longitudinalis superne non setulosa — *Abdominis* segmentum secundum setis dorsualibus destitutum: tertium lateribus ad unumquodque latus setis distinctioribus 2-3 munitum — *Geni-*

talia maris porrecta atro-nitida — *Femora* postica inferne pilosa, setisque validis prædita.

A Carnaria præcipue distincta — Spinula costali alarum non subnulla, et setis lateralibus segmentì tertii abdominis 2-3 non 4-5.

A Striata, fronte sub flavida, et setis dorsualibus in segmento secundo abdominis.

Frequens in tota Italia, et in ditione parmensi vulgaris — A Pedemontio Bellardi et Garbiglietti, ab Etruria Pecchioli, a Neapoli Costa, ab Insubria d'Arco et Erra, ab agro Tridentino De Bertolini etc. exemplaria miserunt,

---

Sp. 9. Si Matertera *Rndn. Longt.* (*Maris*) *Mill.* 11-14.

Valde similis habitu et statura S. Carnariæ, a qua vero differt præsertim absentia setarum dorsualium margini segmenti secundi abdominis: et tibiis non solum posticis sed etiam intermediis barbatis, non breviter tantum hirtis.

Cæteri characteres frontis, alarum, etc. ut in sp. typica Carnaria et affinibus.

Mares duo a me lecti fuerunt tempore autumnali in montuosis ditionsis, parmensis, et unum misit Doct. De Bertolini ab agro Tridentino.

So. 10. S. PRIVIGNA *Rndn. Long. maris Mill.* 11-12.

Iterum similis mari Carnariæ, sed distincta: *Abdominis* segmento secundo setis dorsualibus destituto; et *genitalibus* segmento primo sæpius retracto sutura tantum distincta grisea, vel si aliquantulum porrecto, parte exserta fusco-grisescente, non nigro-nitida.

A Melanura difert etiam colore et forma genitalium, sed præcipue setis marginalibus segmenti tertii abdominis 4-5, non 2-3, et spinula costali alarum subnulla.

A Matertera diversa præsertim tibiis intermediis brevissime hirtis, non intus distincte barbatis etc.

Rara in agri parmensis collibus, tempore œstivo, ubi mares tantum nonnullos legi — Maris etiam exemplar Insubricum in collectiuncula De Cristofori olim inveni, et specimen aliud ab Insula Melita misit Doct. Shembri.

Sp. 11. S. AGRICOLA *Mgn? Macq? Zett.*

V. Descript. in Op. Zetterstedtii, ex qua synon: Meigenii et Macquartii dubia videtur.

Diagnosibus auctorum adde.

Setulæ genarum minus exiles — *Spinula* costalis distincta. *Vena secunda* longitudinalis sat producta ultra transversam anteriorem: *quarta* longitudinalis basi tantum spinulosa: *transversa* exterior non valde longior distantia a cubito quintæ longitudinalis — *Femora* postica in latere exteriori inferne pilosa et setosa.

Ano retracto, præcedenti seu Privignæ similis, sed statim dignoscenda statura valde minori, et spinula alarum distinctissima.

Rara in collibus agri Parmensis mensibus Majo et Junio capta. Semel etiam marem obtinui in Pedemontio olim captum a Genéo, et nuper aliud exemplar masculum Tridentinum De Bertolini misit.

Sp. 12. PUMILA *Mgn. Zett.*

V. Descript. in Op. Zetterst: cui adde.

Spinula costalis alarum distincta — *Vena secunda* longitudinalis vix aut parum, non satis producta ultra tranversam anteriorem: *quarta* tantum basi spinulosa: *transversa* exterior longitudine parum diversa distantiæ a cubito, quintæ longitudinalis — *Abdominis* segmentum secundum setis dorsualibus destitutum — *Femora* postica in latere exteriori inferne pilosa sed non distincte setosa. Tibiæ posticœ intus subbarbatæ.

A præcedente cui habitu similis, distincta, non solum statura paulo semper minore, sed prœsertim *femoribus* non inferne setis validis inter pilos munitis, et brevitate *venœ secundœ* longitudinalis.

In Pedemontio lecta a Prof. Bellardi et Doct. Garbiglietti.

Sp. 13, S. Socrus *Rndn.* — *Long. mill.* 6-7 (mas)

Frons lata fere ut oculi — *Setæ* genarum aliquæ paulo validiores. *Spinula* costalis alarum distinctissima — *Vena* secunda longitudinalis non setulosa, et satis producta ultra transversam anteriorem: quinta angulo acuto cubitata: qnarta usque contra transversam anteriorem setulosa: transversa exterior, non duplo longior distantia a cubito quintæ longitudinalis — *Abdominis* segmentum secundum setis duabus dorsualibus munitum, et duabus vel tribus lateralibus ut in segmento tertio — *Protuberantiæ* analis segmentum primum fere totum retractum, sutura tantum distincta, cinerea. — *Tibiæ* posticæ subnudæ, pilis tamen paulo longiusculis non crebris, intus distinctis — *Unci* tarsorum anticorum non obtruncati — *Venter* fusco grisescens, suturis segmentorum linea pallida signatis.

Unicum exemplar legi speciei tempore œstivo in collibus agri Parmensis.

Sp. 14. S. Laticornis *Mgn.*

V. Descript. Fœminæ in op. Meigenii, cui adde.

Maris *frons* latitudine fere oculorum — *Arista* subnuda — *Antennarum* articulus tertius paulo sed parum latus — *Vena* secunda longitudinalis non setulosa, distincte producta ultra transversam anteriorem: transversa exterior fere bilongior distantia a cubito quintæ lon-

gitudinalis: — *Abdominis* segmentum secundum setis duabus distinctis munitum, et duabus ad unumquodquoque latus — *Venter* nigro-nitens — *Protuberantiæ analis* segmentum primum retractum — *Tibiæ* posticæ intus subnudæ — Tarsorum anticorum *pulvilli* breves, et *unci* obtruncati.

Mas rarissimo captus mense aprile in collibus agri Parmensis.

Sp. 15. S. Nigriventris *Mgn.* (*)

V. Diagnosim in op, ejusd: Auct, cui adde·

Maris *frons* latitudine saltem oculorum — *Setæ* genarum aliquæ validiusculæ — *Venæ* alarum longitudinales ut in præcedente: transversa exteriore subrecta, parum longior aut fere œque longa ut distantia a cubito quintœ longitudinalis — *Abdominis* segmentum secundum setis duabus dorsualibus munitum et duabus lateralibus — *Venter* atro-nitens — *Protuberantiæ* analis segmentum primum retractum. — *Tibiæ* posticæ intus subnudæ — *Tarsorum* anticorum pulvilli elongati, et unci obtruncati. — Fœminæ characteres ut in mare, exceptis sexualibus —

Difert a Laticorni — *Arista* non subnuda, quamvis breviter pilosula superne et inferne, et longitudine venæ tran-

---

(*) Errore typ: ad pag: 96. Nigricantis *Mhn.* scripta,

sversœ exterioris, fere æquali distantia a cubito quintœ longitudinalis aut parum majore.

Rara in collibus agri Parmensis tempore œstivo.

Sp. 16. S. Minima *Mihi.* — *Long. Mill.* 3.

Specierum omnium minor et angustior.

Maris Frons duplo circiter angustior singulo oculo — Antennæ articulo tertio piceo, non atro: arista longe pilosa — Setœ genarum exiles.

Alarum spinula costalis validiuscula et erecta: vena quarta longitudinalis tantum basi setulosa, secunda parum producta ultra transversam anteriorem: transversa exterior parum longior distantia a cubito quintæ longitudinalis, isto subrecto: Venæ longitudinales quarta et quinta ad apicem connexæ paulo ante costalem·

Abdomen setis destitutum in dorso segmenti secundi: protuberantiæ analis segmento primo porrecto et secundo subæquali, illo et isto atro nitidis.

Tibiæ posticæ intus subnudæ.

Marem unicum reperi cum varietatibus *puerulœ* confusum.

Sp. 17 S. ARVORUM *Zett. Mgn.*

V. Descript: in op; Zetterstedtii cui adde.

Frons, maris, fere triplo angustior oculis — *Setulæ* genarum omnes exiles — *Alæ* spinula costali distincta; vena secunda longitudinali non setulosa, ultra transversam anteriorem satis producta: transversa exteriore non duplo longiore distantia a cubito quintæ longitudinalis, ista angulo subrecto flexa — *Abdominis* segmentum secundum setis dorsualibus destitutum: protuberantia analis segmento primo non retracto — *Unci* tarsorum anticorum obtruncati — *Tibiæ* posticæ setulis brevibus sed distinctis in serie dispositis, intus munitæ.

Synon: Meigenii dubia quia frontis color in nostra albicans ut Clar: Zetterstedt notavit, flavicans dicitur a Meigenio; sed omnes alii characteres æquales observantur, inde facilius color diversus in varietate aliqua speciei adest.

Exemplar etiam possideo, forte juvenile, cujus vitta frontalis rufescens non nigricans est.

Raro legitur in collibus ditionis Parmensis tempore verno.

Sp. 18. S. IUVENIS *Rndn.* Longit. *Mill.* 5. (mas)

Maris, *Frons* singulo oculo angustior, sed non satis angusta, vitta intermedia sub testacea (an semper?) — *Setæ* genarum omnes exiles — *Arista* plumata — *Alarum*

spinula costalis distincta: vena secunda longitudinalis non setulosa et distincte producta ultra transversam anteriorem: quinta longitudinalis angulo subrecto cubitata: transversa exterior parum longior distantia a cubito quintæ — *Abdomen* grisescens tessellis nigricantibus, et fascia dorsuali, vittaque brevi basi segmentorum, ad unumquodque latus distinctioribus: segmento secundo postice in dorso bisetoso: protuberantiæ analis segmento primo nigro nitido; macula et sutura cinerascentibus. — *Tibiæ* postice intus serie setularum munitæ ab apice ascendendo decrescentium.

Præter alios characteres præcipue difert ab *arvorum*, presentia setarum dorsualium in segmento secundo abdominis, fronte parum oculis angustiore non satis angusta.

Vitta frontalis testacea forte non normalis, sed exemplar juvenile designat.

Unicum marem, in collibus agri parmensis legi, primo vere.

Sp. 19. S. Affinis. *Fall. Mgn. Macq: Zett.*
Punctata *Desv.* (*Agria*)

V. Descript: in opere Zetterstedtii cui adde.

Alarum vena secunda longitudinalis non setulosa, et non satis producta ultra transversam anteriorem, præser-

tim in mare: transversa exterior duplo et ultra longior distantia a cubito quintæ longitudinalis — *Abdominis* maculæ nigrœ laterales ad apicem segmentorum sitœ.

Sat raro lecta exemplaria mascula tantum, in planitie agri parmensis, tempore verno et œstivo.

Sp. 20. S. Lineata *Fall. Mgn? Zett. Walk.*
Clathrata ? *Mgn ? Macq* ?

V. Descript: in opere Zetterstedtii, cui adde:

Alarum vena secunda longitudinalis non setulosa, in mare parum, in fœmina magis producta ultra transversam anteriorem: spinula costalis magis vel minus distincta — *Abdominis* vittæ nigricantes laterales vel subcontinuatæ, vel ad apicem segmentorum interruptæ.

Fæminæ speciei frequenter captæ prope cavernas *Hymenopterorum* præsertim in collibus tempore œstivo; mas vero rarissimus.

Sp. 21 S. Clathrata *Mgn. Mcq*;

V. Maris Diagnosim in op. Meigenii, cui adde.

(Mas) *Setœ* genarum plures non omnes exilissimæ — *Vena secunda* longitudinalis non setulosa, parum producta

ultra transversam anteriorem — *Abdominis tria segmenta posteriora* setis pluribus lateralibus et dorsualibus marginata: protuberantiæ analis segmentum primum subretractum, parte porrecta cum sutura griseis.

Fœm. Similis mari, et ab aliis fœminis distincta, segmento abdominis apicali, in parte supera acuminato producto.

Rara in collibus et planitie ditionis parmensis, primo vere labente.

Auctorib: nota mascula tantum: Fœmina rarior.

Sp. 22. S. Adolescens *Rndn.* — Longit. (maris) *Mill.* 6.

Fro*ns* singulo oculo angustior, vitta intermedia atra, latiuscula. — *Setæ* genarum paucæ et exiles — *Arista* plumata — *Alarum* spinula costalis parva sed distincta: vena secunda longitudinalis non setulosa, et sat producta ultra transversam anteriorem: transversa exterior sinuata, et duplo circiter longior distantia a cubito quintæ longitudinalis, ista angulo sub-acuto flexa — *Abdominis* nigro-nitidi et grisei tessellati, segmenta duo prima setis dorsualibus destituta, et unica laterali prædita: protuberantiæ analis segmentum primum retractum, et apice tantum cum sutura cinereis distinctis: segmentum apicale nigro-nitidum — *Tibiæ* posticæ intus subnudæ.

Semel marem legi in Apennino parmensi, tempore œstivo.

Sp. 23. S. Setipennis *Rndn.* — Long. (maris) *Mill.* 6-7 (fœm) 5-6.

Maris *Frons* lata circiter ut oculi — *Setulœ* genarum paucæ non exilissimæ — *Alarum* spinula costalis valida: vena secunda longitudinalis ut quarta superne setulosa: transversa exterior plus vel minus longior distantia a cubito quintæ longitudinalis, ista angulo subrecto cubitata: transversa anterior satis ante apicem sita secundæ longitudinalis — *Abdominis* griseo et nigro-nitido tessellati, segmentum secundum setis duabus dorsualibus instructum, et unica laterali: protuberantiæ analis segmentum primum plus minusve retractum, sutura grisea distincta; apicale nigronitidum — *Pedes* femoribus inferne setosis, tibiis intus subnudis, onychiis tarsorum anticorum obtruncatis.

Fœminæ, frontis characteribus et aliis sexualibus exceptis, mari similis.

Non raro legitur in collibus et planitie agri parmensis: in Pedemontio quoque inventa a Pr. Bellardi.

Sp. 24. S. Puerula *Rndn*. — Long: *Mill*: 3-4.

Fœm Nictia Claripennis? *Desv*. — *Mas* Sarcoph: Nana? *Macq*: (*)

Maris *Frons* distincte angustior singulo oculo, seu duplo aut ultra angustior — *Alarum* spinula costalis distincta: vena secunda longitudinalis parum producta ultra transversam anteriorem, et superne ut quarta setulosa, transversa exterior non longior, nisi brevior distantia a cubito quintæ longitudinalis, recta et parum obliqua — *Abdomen* nigro-nitens grisei tessellatum; segmento secundo setis dorsualibus destituto: protuberantia anali atro nitida, segmento primo macula apicali et sutura griseis — *Tibiæ* posticæ intus setulis longiusculis in seriem dispositis munitæ.

Fœmina præter characteres sexuales a mare difert, colore abdominis nigro-nitido, non aut vix grisei notato.

Frequens in collibus agri parmensis, præsertim tempore œstivo in floribus umbellatarum.

Sp. 25. S Infantula *Rndn*. — Long. *Mill*. 3. (*mas*.)

Mas, similis mari præcedentis, a quo tamen statim dignoscendus, præsentia setarum duarum dorsualium in

---

(*) Quis e diagnosibus ineptis auctorum, Sp. istas determinare andet?

segmento secundo abdominis; et latitudine frontis, singulo oculo parum angustioris.

Fœminam non inveni, et aliqua mascula tantum observavi cum exemplaribus S. parvulæ prius confusa, in locis et temporibus iisdem simul capta. In collectione Bellardi specimen tamen vidi pedemontanum hujus speciei fœminæ referendum.

Sp. 26. S. SETINERVIS *Rndn.* — LONG: *Mill.* 4-6 (mas.) 4-5 (*fœm,*)

Similis iterum S. Parvulæ, etiam *fronte* angusta et *absentia setarum* dorsualium in segmento secundo abdominis, tamen satis diversa, non solum *statura* paulo majore et *tibiis* posticis intus crebrius et longius pilosis, sed præcipue: *vena* transversa exteriore plus minusve sinuosa, obliqua, et longiore distantia a cubito quintæ longitudinalis: et pictura abdominis, grisei, vittis tribus dorsualibus nigro-nitidis 'distinctioribus, ad segmentum tertium sistentibus.

Genitalia maris satis porrecta, atro nitida, in segmento basali macula magna cinerea notata — Fœminæ abdomen grisei tessellatum: venaque transversa exteriore minus sinuata etc.

Non frequens in collibus et montuosis etiam Apennini ditionis parmensis, præsertim tempore autumnali.

Sp. 27. S. HÆMORRHOA *Mgn. Macq. Zett. Walk.*

V. Descript: in opere Zetterstedtii, cui adde.

Alarum venæ longitudinales secunda et quarta superne setulosæ: quinta angulo subrecto, non manifeste acuto cubitata. — *Abdominis* segmentum secundum in dorso bisetosum: protuberantiæ analis segmentum primum atro nitidum, macula cinerascente — *Pedes* postici, tibiis non villosis, sed serie pilorum paulo distinctorum munitis: pilis nec longis nec crebris.

Non frequens in agri parmensis collibus ab aprile ad augustum: In Pedemontio quoque lecta a Professore Bellardi et Doct: Garbiglietti.

Sp. 28. S. NEPOS *Rndn.* — LONG. *Mil.*, 8. *(mas)* et *(fœm)*.

Mas similis mari Sp. præcedentis sed distinctus, præsertim *vena quinta* longitudinali angulo manifeste acuto cubitata; et tibiis posticis pilis longioribus et crebris ciliatis, quamvis non barbatis.

Alii characteres tamen setarum segmenti secundi abdominalis, setularum in venis secunda et quarta, et protuberantiæ analis in segmenti primi apice paulo cinereœ ut in Hœmorrhoa Meigenii observantur.

Semel marem et Fœminam legi in Apennino parmensi tempore œstivo.

Sp. 29. S. Amita *Rndn.*

Mas, similis maribus specierum duarum præcedentium, et statura, et venis secunda et quarta alarum setulosis, et aliis characteribus, sed ab utraque difert absentia setarum dorsualium segmenti secundi abdominis: ab *Hœmorrhoa* vero difert etiam tibiis posticis intus pilis longis ciliatis, et a *Nepote* fronte magis lata, scilicet non duplo angustiore singulo oculo.

Vena quinta longitudinalis alarum in Amita angulo subacuto flexa ut in *nepote*, non subrecto ut in *hœmorrhoa.*

Marem legi in collibus, et alium in Apenino agri parmensis, tempore œstivo. Mas apenninicus segmentum primum protuberantiæ analis totum atro-nitidum prœbet, non ut in alio, macula cinerea notatum.

Sp. 30. S. Consobrina *Bellardi* (in Litt.) — Long. (maris) *Mill.* 8.

Similis præcedentibus, sed diversa præsertim vena secunda longitudinali non spinulosa: a sequentibus vero distinguenda vel uno vel alio characterum istorum.

Maris *Frons* ut Caput albicans, parum angustior singulo oculo — *Setœ* genarum paucœ non exilissimæ. — *Alarum* spinula costalis distinctissima: vena secunda longitudinalis sat producta ultra transversam anteriorem; transversa exterior subrecta et valde longior

distantia a cubito quintæ longitudinalis: ista angulo sub-acuto flexa — *Abdominis* segmentum secundum setis duabus dorsualibus munitum. — *Pedes* femoribus posticis inferne pilosis, sed setis validis nullis; tibiis posticis intus villosis.

Similis et forte æqualis Sarc. Cruentatæ Zetterstedtii, sed non Meigenii, quæ ultima sat diversa: sed etiamsi sp. Bellardii non distincta esset ab illa Zetterstedtii, tamen nomen ejusdem distinctivum mutandum erat, quia pro alia congenere distinctissima a Meigenio iam adhibitum.

Similis etiam videtur non nullis characteribus Sarcophagæ *Vicinæ* (1) Macquartii, cujus exemplar Gallicum possideo, sed ut in nota videbis, si species ista in Italia reperiatur facile ab aliis dignoscenda.

Sar. Consobrina raro lecta in Pedemontio a Prof. Bellardi.

---

(1) Sarc *Vicina* Macq. nondum in Italia inventa: similis S. Consobrinæ Bell; sed statim distinguenda 1.° *Fronte* satis, et circiter duplo angustiore singulo oculo. 2.° *Spinula* costali alarum parva — 3.° Vena transversa exteriore sinuosa. 4.° *angulo* venæ quintæ longitudinalis recto — 5.° *Protuberantia* anali satis producta etc.

Tamen *Abdominis* segmentum secundum bisetosum in dorso — *Vena secunda* longitudinalis non setulosa et sat producta ultra transversam anteriorem, et *Tibiæ* posticæ intus villosæ, cum ano rufo, proximam esse indicant sarcoph: consobrinæ et affinibus.

Sp. 31. S. Nurus *Rndn.*

Hæmorrhoidalis *Mgn* : *Mcq: Bertoloni.* G. (*non Fall. nec Zett.*)

Confer Descriptiones Hæmorrhoidalis Meigenii et Zetterstedtii, et characteribus speciei adde:

Frons vel flavicans, vel grisescens, non pure alba — *Alarum* spinula costalis subnulla: vena secunda longitudinalis non setulosa, et satis producta ultra transversam anteriorem: quinta angulo acuto vel sub acuto, non recto. cubitata: transversa exterior plus minusve sinuosa et duplo aut ultra longior distantia a cubito quintæ longitudinalis — *Abdominis* segmentum secundum in dorso setis destitutum. — *Protuberantia* analis segmento primo griseo, non atro nitido; apicali rufo-testaceo — *Pedes* femoribus posticis inferne pilosis et setosis: tibiis posticis intus barbatis.

Vulgaris ab Alpibus ad Insulam Melitam, Parmæ in toto anno entomologico legitur. In Africa orientali vivit, teste Bertoloni. V. *Diptera* Mozambici Bononiæ 1861.

Specimen possideo domi ortum, cujus larva vixit in aure juvenis, molesta, sed non valde irritans.

Sp. 32. S. Cruentata *Mgn. Mcq.* (*non Zett.*)

Difert a præcedente, statura sœpius distincte minore et angustiore, sed præcipue *Capite* et Fronte semper

albis, nec subluteis nec griseis, et angulo *venæ quintæ* longitudinalis recto, non acuto nec subacuto. Cœteris vero characteribus similis *Nuru*, et forte varietas est ejusdem.

Non confundenda cum *Cruentata* Zett: valde diversa, cujus abdomen in segmento secundo setas dorsuales præbet, et quæ facilius varietas est Hæmorrhoidalis Fallenii, sed non Meigenii.

Cruentata Meigenii cum prœcedente legitur, sed rarius.

Sp. 33. S. Proxima *Rndn.* — Longit. *Mill.* 7. (mas)

Frons valde angustior singulo oculo — *Alarum* spinula costalis distincta: vena secunda longitudinalis non spinulosa et distincte producta ultra transversam anteriorem: quinta longitudinalis angulo recto cubitata: transversa exterior paulo sinuosa et longior sed non bilongior distantia a cubito quintæ longitudinalis — *Abdominis* segmentum secundum setis dorsualibus destitutum: protuberantia analis segmento primo atro nitido, puncto cinereo apicali, segmento ultimo testaceo-rufo. — *Pedes* femoribus posticis inferne pilis brevibus et setis longis instructis: tibiis posticis intus parce et non longe villosis.

Specimen unicum observavi collectionis D. Mussino, vel in Liguria vel in Pedemontio captum.

Sp. 34. S. Hæmorrhoidalis *Fall. Zett.* (exclus. synon: *Meig.* et *Macq.*) *Walk.*

V. Descript. in op. Zetterstedtii, quæ convenit speciminibus italicis, excepto capite, quod dicitur albo-flavidum, dum, melius ut vocatur a Walkerio, argentatum est in nostris.

Præcipue difert ab *Hæmorrhoidali* Meigenii, seu a *Nuru* nostra, segmento secundo *abdominis* dorso bisetoso non nudo: *tibiis* posticis intus parce non crebre barbatis, et *protuberantiæ* analis segmento primo atro nitido, non grisescente.

Spc. ista Fallenii et Zetterstedtii non lecta in Italia media et meridionali, sed tantum in boreali — Specimina collectionis meœ in Pedemontio inventa a Geneo et Garbiglietti, et Bellardi, et in montuosis Tirolis Italici a Prof. Strobel.

N. 35. S. Erithrura *Mgn. Zett.*

V. descript in op. Zetterstedtii.

Mas facillime distinguendus ab affinibus, *protuberantiæ* analis segmento primo rufo ut apicale, non ut in aliis nigro nitido, aut grisescente.

Præterea, segmentum secundum abdominis in dorso bisetosum in utroque sexu. Maris *Frons* satis angustior oculis — *Tibiœ* posticæ subnudœ — Vena quinta longitudinalis angulo subacuto flexa — transversa exterior paulo sinuosa et satis longior distantia a cubito quintœ etc. characteres sunt speciei.

In Italia boreali tantum inventa: In Pedemontio a Bellardi et Garbiglietti; in Insubria a Galeazzi.

Sp. 36. S. Consanguinea *Rndn* — Long. *Mill.* 7-9.

Maris: *Caput* albicans, fronte satis angusta — *Setœ* genarum exiles — *Abdominis* segmentum secundum setis dorsualibus destitutum: color cinerascens etiam inferne, dorso nigricante tessellato. — *Alarum* spinula costalis distincta et erecta: vena secunda longitudinalis non spinulosa et distincte producta ultra transversam anteriorem; quinta angulo subrecto flexa: protuberantia analis segmento primo piceo-nigricante, sutura sub albida, segmento apicali rufo: *Tibiœ* posticœ intus subnudœ.

Fœmiuœ segmenta duo analia rufa; et similis mari, prœter characteres sexuales.

Rara in collibus agri parmensis, tempore œstivo. In Sicilia etiam vivit, ubi eam legit P. Gemellaro, a quo marem speciei olim obtinui.

Sp. 37. S. Hæmatodes *Mgn. Macq. Zett.*

Hæmorrhoidalis *Fall. typ: teste Zetterstedtio*, in cujus opere.

V. Descriptionem sic ampliandam.

Minor duabus præcedentibus, magis griseo lutescens quam cinerascens: *caput* saltem in fronte maris sub flavidum non album: *Vena secunda* longitudinalis non setulosa, vix aut non producta ultra transversam anteriorem — *Anus* maris segmento primo protuberantiæ fusco-griseo subrufescente -- *Abdominis* segmentum secundum setis dorsualibus destitutum: — *Tibiæ* posticæ intus subnudæ etc.

In tota Italia vivit a Pedemontio ad Insulam Melitam — Legitur in planitie et montuosis agri parmensis ab aprile ad Octobrem.

Gen. 12. SARCOPHILA. *Rndn.*

Sarcophaga *p. Mgn. Zett.* — **Agria** *p. Desv. Macq.*

Musca. *Fall.*

CHAR: GEN:

Fere ut in Sarcophaga, a qua tamen sejungendum, notis distinctivis magni momenti, quales sunt.

Frons — non in fœmina tantum sed seriebus quatuor setarum etiam in mare munita — *Pulvilli* et *unci* tarsornm anticorum in masculis ut in fœminis satis parvi — *Protuberantia* analis, in mare, segmento primo elevato-gibboso et segmentum abdominis simulante etc.

NOTA. *Agriæ* genus Desv: et Macq, cum vocabulo distinctivo delendum, non solum quia hoc nomine mammalium sectionem jam distinxit Linneus, sed præcipue quia characteribus distinctum, vel ineptis vel impropriis, et species non rite conjunctas continens.

SPEC. ITALICA unica 1. LATIFRONS *Fall.*

Observ: et Synon:

Sp. 1. S. Latifrons. *Fall: Mgn: Macq: Rndn.*

V. Descriptionem in opere Zetterstedtii, cui adde characteres setarum frontis et protuberantiæ analis ut in diagnosi generica notavi.

Fœminas tantum speciei notas fuisse Meigenio et Macquartio, ex eorum descriptionibus videtur, sed facilius, mares, ab iisdem, cum fœminis confusi fuerunt, quia characteres pulvillorum et setarum fontalium œquales sunt in utroque sexu, et in hac Sp: structura tantum apicis abdominis sexus diversos distinguit.

Non raro legitur tempore œstivo in tota ditione parmensi supra flores præsertim umbellatarum — In aliis etiam plagis Italiæ legitur, a Pedemontio ad Insulam Melitam — Bellardi a Pedemontio, Pecchioli ab Etruria et Schembri a Melita, exemplaria speciei miserunt.

Specimina melitensia satis minora, tamen simillima nostratibus.

Gen. 13. NYCTIA. *Desv: Mgn: Macq: Rndn.*
Melanophora *p. Macq: s. b.* — **Dexia.** *Mgn.* — **Musca** *Fabr: Panz.*

Char. Gener

Oculi non pilosi, in fronte mari satis approximati — *Antennæ* contra non supra medium oculorum insertæ: articulo tertio longitudine circiter præcedentis: arista plumata. — *Genæ* ante oculos setis instructæ, præter frontales et orales — *Vibrissæ* prope orem insertæ. — *Alæ* spinula costali valida: venis longitudinalibus quarta et quinta sejunctim costali productis, in margine antico longe ab apice alarum; quinta angulatim cubitata, cubito appendice spuria distinctissima munito; transversa exteriore paulo magis proxima interiori, quam cubito quintæ longitudinalis — *Abdominis* segmenta intermedia setis marginalibus tantum instructa — *Pulvilli* et *unci* tarsorum in masculis longiores.

Species Italica Unica — 1. Maura *Fabr.*

Observ. et. Synon:

Sp. MAURA *Fabr. Mgn. Macq*: *a. s. e*: *Rndn.* —
CARCELI *Desv. Macq: s. b.* — HALTERATA *Pnz.*

V. Descript. in op: Meigenii cui adde.

Alœ extra venulas transversas anales, punctis duobus translucidis signatœ, et vittis pariter decoloribus inter venas longitudinales primam et secundam.

Statura et alarum nigredine satis variat.

Non frequens in agri parmensis planitie en montuosis tempore œstivo — In Pedemontio quoque inventa a Geneo, in Insubria ab Erra, in Etruria a Piccioli.

Gen. 14. MEGERLEA. *Desv. Rndn.*

Melanophora *Macq: p. s. B.* — **Anthracia** *Mgn. 7. Macq: a. s. e.* — **Dexia** *Mgn. V.*

Char. Gen:

Genus, Oculis, Antennis, Fronte, Setis genarum, Abdomine etc, simile Gen: præcedenti, et distinctum venis tantum longitudinalibus quarta et quinta conjunctis ante costalem: cubitus venœ quintæ appendice spuria distinctissima ut in *Nyctia* præditius.

Nota. *Anthraciœ* nomen non adoptandum, prioritate illius *Magerleœ*, et etiam quia vocabulis *Anthracia* et *Anthracias* jam in Zoologia alia genera distincta sunt.

Species Italica unica — 1. Caminaria *Mgn.*

Observat: et Synon.

Sp. 1. M. Caminaria *Mgn. Rndn.*

Maura *Macq.* S. B. — Nitida *Desv.*

V. Descript. in op. Meigenii, cui adde:

In nigredine alarum puncti et vittœ decolores adsunt circiter ut in *Nyctia Maura.*

Satura, colore alarum, dispositione venarum alarium etc. satis variat, quibus differentiis inixas species aliquas olim condebam, amicis nomine distincto communicatas et a me sic distinctas.

a. *Vena quinta* longitudinalis quartœ conjuncta manifeste extra apicem tertiæ.

b. *Venœ* quarta et quinta conjunctœ satis longe a costali

M. Caminaria *Mgn.*

bb. *Venœ* quarta et quinta fere in costali conjunctæ.

M. Fuliginaria *Mihi.*

aa. *Vena quinta* longitudinalis contra, nisi paulo antę apicem tertiæ, quintæ conjuncta.

M. Furnaria *Mihi.*

Species novas nunc non adoptandas esse puto nisi alii characteres constantes detegantur qui earum distinctionem confirment.

M. Caminaria cum varietatibus pluribus in tota Italia frequenter legitur, ab Alpibus ad Melitam — In ditionis parmensis planitie et montuosis legitur a Majo ad Augustum.

Exemplar nostratibus simillimum possideo ab Equite Truqui in agro damasceno, *Soriæ,* captum.

Gen. 15. PTILOCHETA *Rndn. P: 2. p. 13.*

Ptilocera *Desv. Macq. p. Rndn. P. 1.* — **Rhinophora** *(1) p. Mgn. 7. Macq. a. s. e.* — **Dexia** *p. Mgn. 5.* — **Tachina** *Mgn. 4:* **Ocyptera** *Fall.*

CHAR: GENER.

Oculi nudi, in fronte maris distincte approximati — *Antennæ* breves, contra medium oculorum insertæ, articulo tertio parum sed manifeste longiore præcedente: *arista* breviter vel brevissime pilosula — *Genæ* setigeræ inter oculos et carinas faciales — *Alarum* spinula costalis magis vel minus valida: vena secunda longitudinalis non aut vix producta contra transversam anterio-

(1) *Rhinophoræ* nomen jam a Desv: propositum, ab auctoribus diversis postea adhibitum varia latitudine, et pro speciebus distantibus, hodie nisi in sinonymis adoptandum.

rem: quinta conjuncta quartæ satis longe a costali, cubito quintæ neque apparenter appendiculato, transversa exterior paulo magis distants ab interiori quam a cubito quintæ longitudinalis — *Abdomen*, præter marginales, setis discoidalibus prœditum, saltem lateralibus — *Pulvilli* et *unci* tarsorum in masculis distincte majores.

Spec: Italicæ

A. ***Abdominis*** **segmenta secundum et tertium setis discoidalibus in dorso destituta.**

B. ***Abdominis*** **latera, in utroque sexu non rufo-maculata — *Vena* quarta longitudinalis setulosa, a radice usque contra vel ultra apicem primæ.**

Sp. 1. Atramentaria *Mgn.*

BB. ***Abdominis*** **latera, in mare angustius, in fœmina latius rufo-tincta. — *Vena* quarta longitudinalis ad radicem tantum, setulis paucis instructa.**

Sp. 2. Femoralis *Mgrl.*

AA. *Abdomen* setis discoidalibus præditum in dorso segmentorum intermediorum, aut saltem tertii.

C. *Abdominis* latera præsertim in mare, fusco-rufo-maculata, quamvis anguste — *Femora* utriusque sexus ad apicem plus minusve intus fusco rufescentia.

Sp. 3. Passerinii. *Mihi.*

CC. *Abdominis* latera, et *femorum* apex non rufescentia.

D. *Vena* quinta longitudinalis angulatim manifeste cubitata.

E. *Setæ* marginales segmenti secundi abdominis in dorso aliquæ, et aliquæ ad latera, non seriem continuatam efficientes.

Sp. 4. MELANIA *Mgn.*

EE. *Setæ* marginales segmenti secundi abdominis seriem continuatam constituentes.

Sp. 5. BERTOLINII. *Mihi.*

DD. *Vena* quinta longitudinalis distincte arcuatim flexa.

Sp. 6. GALEAZZII. *Mihi.*

Observat. et Synon.

Sp. 1. P. ATRAMENTARIA *Mgn. Macq: S. B. Walk: Rndn:* DECEPTRICULA ? *Loew.*

V. Descript: in op. Meigenii. T. 4. p. 93, cui adde.

Vena quarta longitudinalis setulosa usque contra apicem primæ, aut ultra — *Abdomen* setis discoidalibus destitutum in dorso segmentorum secundi et tertii — *Palpi* nunc nigricantes, nunc fusco-lutescentes.

A Melania et affinibus etiam distinguenda. *incisuris* abdominis linea albida distincta signatis, et *alarum* colore parum fusco —

Rara in collibus et montuosis agri parmensis, in Apennino elatiore marem legit. D[r] Bertéus.

Sp. 2. FEMORALIS *Mgrl. Mgn. Macq:*

V. Descript. Macquartii in Ann: Soc: Ent: Gall. 1852 cui adde.

Abdominis segmenta intermedia setis discoidalibus in dorso destituta — *Palpi* in exemplaribus paucis a me observatis, non nigri, sed fusco lutescentes apice fusciore, vel nigricante.

Mas collectionis meæ venas alarum et costam parum infuscatas prœbet, et abdominis latera in segmentis duobus tantum, primo et secundo, non late fusco-rufo-maculata: Fœminæ vero abdomen in tribus segmentie late rufum, et alæ satis infuscatæ observantur.

Species rarissima apud nos, in Apennino a me capta. — Bononiæ fœminam legit. Doct. Tacchetti.

Sp. 3. PASSERINII *Mihi* — Long. *maris Mill.* 6-10- *fœm:* 5-8

Similis sp: *Melaniœ* a qua certe difert, abdominis lateribus in mare semper, in fœmina aliquando fusco-rufo maculatis; segmentis linea albida ad latera distinctiore marginatis, et femoribus ad apicem plus vel minus distincte inferne rufescentibus.

A *Femorale* et *Atramentaria*, præter characterem femorum difert etiam presentia setarum discoidalium, in dorso segmentorum secundi et tertii maris, et saltem in dorso tertii fœminæ.

Pauca exemplaria speciei a me et Doct. Bertéo lecta fuerunt in Apennino parmensi, et alia specimina collectionis meæ ab Etruria missa, olim a Prof. Passerini, et nuper a Doct. Piccioli.

Sp. 4. P. Melania *Mgn. Macq.*

V. Descript. Macquartii in Ann: Soc: Ent: Gall: 1852.

Palpi speciei nunc nigricantes, nunc fusco-testacei apice fusciore, nunc lutescentes apice paulo fusci: statura etiam, fuscedo alarum, cinerascentia abdominis, et dispositio et directio venarum alarium sat variabiles, quæ differentiæ individuales, forsitan species aliquas distinguut Clar. Macquartii; inde ni fallor, nisi omnes saltem aliquæ specierum sequentium ad typicam *Melaniam* referendæ sunt.

1. *Rectangularis.* — 2. *Obliqua* distinctæ venarum dispositione paulo diversa — 3. *Fuscipennis*, setis genarum paulo validioribus — 4. *Perpendicularis*, calyptris flavidioribus — 5. *Cilipennis*, setulis marginalibus alarum distinctioribus etc.

Variat quoque antennis, apice articuli secundi paulo rufescente, et segmentis abdominis linea albicante mar-

ginali ad latera distincta vel non: Specimen masculum etiam legi in quo cubitus venæ quintæ longitudinalis appendicula distincta non spuria, præditus observatur.

Vulgaris in tota ditione Parmensi ab Aprile ad Augustum — In Pedemontio etiam lecta a Genèo et Bellardi, in Insubria ab Erra et Villa, In Etruria a Piccioli, in insula Melita a Schembri.

Gallica et Germanica exemplaria etiam possideo, nunc nomine *Melania*, nunc *Atramentaria*, nunc *Venosa* etc. mihi transmissa.

Sp. 5. P. Bertolinii *Mihi.* — Long. *(maris) Mill.* 9.

Mas similis mari *Melaniæ* a quo vero distinctum certe, et præcipue setis abdominis satis et magis numerosis: quarum leterales tam in margine quam in medio segmentorum omnium quatuor aut quinquæ, non duæ circiter, et marginales in segmento secundo seriem continuatam constituunt.

Speciei aliæ notæ distinctive minoris prætii sunt.

Calyptra sordide alba, lutei marginata — *Vena transversa* exterior fere œquidistans ab interiori, et a cubito quintæ longitudinalis, ista angulo rotundato flexa: secunda longitudinalis parum, sed paulo producta ultra transversam anteriorem etc.

Semel marem misit D. De Bertolini ab eodem in agro Tridentino inventum,

---

Sp. 6. P. GALEAZZII *Mihi.* — Long. *Mill.* 7. *(mas)*

Mas, similis iterum mari *Melaniæ,* a quo distinctum videtur, vena quinta longitudinali perfecte arcuatim flexa, non angulo rotundato cubitata ut in aliquo sqecimine præcedentium observatur.

Alii vero characteres sp. nostræ vel in una vel in alia varietate congenerum adsunt, præcipue sp. Melaniæ cui forte referenda si alia individua cognoscantur, in quibus transitio appareat ab angulo ad arcum in flexione venæ quintæ alarum.

Mas lectus in Insubria alpina a D° Galeazzi entomologo mediolanensi, et mihi transmissus ab eodem.

Gen. 16. MELANOPHORA *Mgn: Macq: Desv: Zett: Rndn:* **Ocipτera** *Fall:* — **Tachina.** *Mgn: Wlk.* — **Tephritis** *Fabr.* — **Musca** *Lin: Wlk. Rossi.*

Char: Gen

Oculi nudi, subrotundi, in fronte utriusque sexus distantes — *Antennæ* sat parvæ, in linea fere sub-oculari insertæ, articulis secundo et tertio subæque brevibus — *Arista* pilosula — *Genæ* inter oculos et carinas faciales nudæ — *Alarum* spinula costalis subnulla: vena secunda longitudinalis non distincte producta ultra transversam anteriorem: quinta longitudinalis angulatim vel sub angulatim cubitata, et satis longe a costali, quartæ conjuncta, cubito appendice spuria destituto; transversa exterior satis proxima interiori — *Abdomen* setis marginalibus instructum in dorso segmentorum intermediorum, discoidalibus nullis — *Pedes* parce et breviter setosi, pulvillis et uncis tarsorum in utroque sexu parvis.

Mas ani tantum structura distinguendus, quia series frontales quatuor præbet ut in fœmina.

Species Italica unica — 1. Roralis *Lin.*

Observ: et Sinon:

Sp. 1. M. Roralis (mas et Fœm) *Mgn. Mcq. a. s. e. Zett. Walk. Rndn.*

(*mas*) Lin. *Fabr. Rossi.* — Rubescens *Desv.*

(*fœm) Desv. Macq. S. B.* et Spec. nonnullæ *Desv.*

Grossificationis *Lin. Fabr. Rossi.*

V. Descript. in op. Zetterstedtii.

Variat satis magnitudine, et nigredine alarum, et etiam dispositione venarum, ita ut pro varietatibus species instituendæ si differentiœ stabiles essent.

Vulgaris in tota Italia a Pedemontio ad Melitam — In Agro parmensi ab aprile ad septembrem legitur.

Nota. M. Appendiculata Macquartii in Sicilia capta a me non observata.

Unico specimine representata, fœmineo, et ab aliis fœminis diversa colore dilutiore alarum, et appendiculæ præsentia in angulo inferioriori venæ quintæ longitudinalis, ejusdem distinctio specifica non statim acceptanda, nam appendices venosæ accidentales in aliquo exemplari abnormi plurium specierum observantur, et nigredo alarum semper sat variabilis est.

In diagnosi cl. auct: non loquitur de macula apicali alba alarum, inde facilius adest, nisi inobservanda quia confusa cum margine postico subdecolore: sed si certe

macula apicalis non adest in hac fœmina, tunc species diversa erit a Rorali, et in nostratibus locanda.

Gen. 17. TROMODESIA. *Rndn.*

Char. Gener.

Oculi rotundati nudi, — Antennœ brevissimæ, in linea fere sub oculari insertæ; articulo tertio parum longiore prœcedente: *Arista* plumosula — *Alarum* spinula costalis subnulla: vena quinta longitudinalis angulatim flexa, cubito neque apparenter appendiculato; Quarta et quinta sejunctim, fere in apice alarum costalem attingentes: transversa exterior magis distans ab interiori quam a cubito quintæ longitudinalis. — *Abdominis* segmenta duo prima setis etiam marginalibus destituta, omnia discoidalibus denudata (saltem in fœmina) — *Pedes* parce et breviter setosi.

Differentias sexuales non cognovi, aut fœminæ tantum a me observatæ, aut maris frons et tarsi ut in fœmina, et ani structura non apparenter diversa.

SPECIES ITALICA unica — 1. VIBRIPENNIS *Rndn.*

Observ: et descript.

Caput albo-cinereum, vitta frontali atra opaca — *Antennæ* nigræ — *Palpi* picei, apice nigricante — *Thorax* cum *scutello* cinerascens. — *Halteres* pallidi — *Calyptra* alba — *Abdomen* nigrum fasciis latis transversis, cinereis, in medio angustatis et sub-interruptis — *Alæ* fere decolores, costa tamen paulo fusca et venis aliquantulum fusco-marginatis: vena secunda longitudinalis parum producta ultra transversam anteriorem; quinta angulo satis aperto flexa: transversa exterior sinuosa — *Pedes* nigricantes vel fusco-picei geniculis, apice femorum et coxarum plus minusve testaceis — *Alæ* vibrantes.

Non frequenter legitur in agri parmensis planitie et collibus, a Majo ad 7brem.

Gen. 18. ANTHRACOMYA. *Rndn.*

Morinia. *Mgn: p. Macq. p. A. S. E.* — **Dexia** *Zett. p.*

Musca *Fall. p.*

Char. Gen.

Antennæ breves; contra medium oculorum insertæ: articulo tertio parum aut saltem non duplo longiore præcedente — *Arista* pilosa — *Oculi* maris satis approximati — *Occiput* superne pilosum sed setis distincte validioribus in mare destitutum; in fæmina setis majoribus quatuor ordinariis præditum — *Alarum* spinula còstali parva: vena quinta longitudinalis arcuatim flexa transversa exterior circiter œquidistans ab interiori et a curvatura quintæ longitudinalis, ista non appendiculata neque apparenter — *Abdomen* utriusque sexus setis discoidalibus destitutum et segmentis primis setis marginalibus pluribus sed exilibus in mare, parvis vel subnullis in fœmina, prœditum — *Unci* et *pulvilli* tarsorum masculi majores.

Species Italicæ

A. *Squamæ inferæ* infuscatæ, limbo fusciore et linea marginali nigra in mare: uterque sexus, *venam transversam* exteriorem satis sinuosam præbet.

Sp. 1. Melanoptera *Fall.*

AA. Squamæ calyptrorum inferæ ad basim subalbicantes, in mare; paulo luridæ extrinsecus, sed margini linea nigra destitutæ — Vena transversa exterior utriusque sexus subrecta.

Sp. 2. Genéi *Rndn.*

Observ: et Synon.

Sp. 1. A. Melanoptera *Fall. Mgn. Zett, Màcq.*

V. Descript. in diariis annal; Soc. Entom Galliæ 1852, in qua utriusque sexus calyptrorum squamæ fuscæ dicuntur, dum in diagnosi propria Clar. Zetterstedtius fœminam calyptra albida possidere affirmat.

Maris unici coll. meæ squamæ inferæ manifeste infuscatæ sunt, limbo determinate fusciore, et linea marginali nigra distinctissima: speciminis ejusdem vena transversa exterior satis sinuosa observatur, et fæminam esse puto speciei exemplar cujus vena ipsa transversa sinuoso-incurvata observatur, et juxta diagnosim Zetterstedtii calyptra albicantia possidet.

Maris exemplar unicum possideo ad Tergestum captum a Clar Schiner, et fœminam in collectione Mussino januensi inventam, forte ligusticam.

Sp. 2. A Genéi *Rndn.*

Similis statura, colore corporis et alarum sp. præcedenti, tamen uterque sexus diversus apparet, vena transversa exteriore recta, vel subrecta: Mas vero distinctus a mare Melanopteroe, squamis inferis calyptrorum basi albicante et postice paulo fusco-lutescentibus, sed nec limbo determinate infuscato nec linea nigra marginali distincta — Fœmina a me observata nisi colore squamarum posticarium purius albido, difert a fœmina prœcedentis, et vena transversa exteriori recta.

Uterque sexus speciei olim a Prof. Genéo missus, in alpibus pedemontanis captus.

Nota. Forte characteres coloris in squamis posterioribus et formæ venæ transversœ exterioris, in varietatibus interpositis diversos observando, species istas in unicam conjungere necesse erit, sed nisi et donec varietates suppositas cognoscantur, species hic distinctas adoptare debemus. (*)

(*) Nella tavola analitica delle *Dexine* come si legge nel primo volume del *Prodromus*, cominciando dalla sezione SS, dovendo in-

Gen. 19. MELANOMYA *Rndn:*

Morinia *Desv. Macq.* 7. *Macq. a. s. e.* — **Dexia** *Mgn.* 5. *Zett:* — **Melanophora** *Macq: s. b.*

CHAR. GEN:

Antennæ contra medium oculorum insertæ, articulo secundo saltem bilongiore præcedentæ: arista etiamsi breviter pilosa, pilis a basi ad apicem descrescentibus. *Oculi* nudi, in fronte maris satis pròximi — *Occiput* superne in utroque sexu setis aliquibus majoribus munitum. — *Alarum* spinula costalis parva: vena quinta longitudinalis arcuatim flexa, neque apparenter appendiculata: transversa exterior magis proxima interiori, quam curvature quintæ longitudinalis — Abdomen setis discoidalibus destitutum, sed marginalibus in dorso segmentorum intermediorum utriusque sexus præditum. — *Pedes* parce setulosi, pulvillis et uncis in mare majoribus.

---

trodurre alcuni nuovi generi, o formati per delle specie che ho recentemente scoperte da noi, o divisi da altri già esistenti, o congiunti a questa stirpe togliendoli dalle *Muscine*, diventa indispensabile riformare la tavola stessa servendomi anche per ciò di caratteri distintivi che prima non furono usati o rilevati, e quindi i generi ultimi della

Species Observatæ

a. *Arista* breviter pilosa — *Vena* longitudinalis quarta et quinta fere conjunctæ in costali.

Sp. 1. Fimbriata *Mgn.*

---

stirpe *Dexinæ* saranno attualmente così ordinati e distinti, cominciando dalla sezione:

SS. *Abdomen* in utroque sexu setis distinctis in dorso segmentorum intermediorum — *Ociput* etiam in mare setis ordinariis validioribus superne præditum.

T. *Arista* usque ad apicem vel prope apicem, etiamsi brevissime pilosula.

U. *Vena* transversa exterior magis proxima interiori, quam cubito quintæ longitudinalis.

Gen. 19. Melanomya *Rndn.*

UU. *Vena* transversa exterior magis distans ab interiori quam a cubito quintæ longitudinalis, aut ab illa et ab isto circiter œquidistans.

V. *Oculi* nudi.

X. *Tibiœ* anticœ etiam extrinsecus subnudæ, seu setis distinctioribus nullis.

Gen. 20 (a) Gastrolepta *Mihi.*

XX. *Tibiœ* anticæ setis aliquibus vel pluribus distinctioribus munitœ

Z. *Antennœ* supra medium oculorum insertæ.

Y. *Genœ* inter oculos et carinas faciales non setigerœ.

Gen 20 (b) oplisa *Mihi.*

YY. Genæ distincte setulosæ.

Gen. 20 (c) Tricogena *Rndn.*

aa. Arista longe pilosa — *Venæ* longitudinales quarta et quinta in costali distantes.

Sp. 2. Nana *Mgn.*

Nota. etiam Mor. Anthracina Mgn, huic generi referenda, cum præcedentibus nondum in Italia inventis, sed facilius in aliqua plaga nostra in posterum colligendis.

ZZ. *Antennæ* contra medium oculorm insertæ.

W. *Vena* secunda longitudinalis non setulosa.

a. *Antennarum* articulus tertius duplo circiter longior secundo — *Genæ* non setulosæ.

Gen. 21. Morjnia *Desv.*

a. a. *Antennarum* articulus tertius in fœmina triplo, in mare quadruplo circiter longior secundo — *Genæ* setulosæ.

Gen. 23. Melanota *Rndn.*

Melania. *Mgn.*

WW. *Venæ* secunda et quarta alarum superne setulosæ.

Gen. 24. Thelaira *Desv.*

VV. *Oculi* pilosi, vel saltem distincte ad lentem pubescentes.

b. *Proboscis* longior palpis, et epistomium distincte superans — *Scutelli* setæ aliquæ ultra marginem posticum segmenti secundi abdominis elongatæ.

Gen. 22. (b) Rhynchista *Rndn.*

Observat:

Sp. 1. M. FIMBRIATA *Mgn*, *Macq*.

V. Descript. Macquartii in diariis *Annal.* soc: entom: Galliæ 1852; in qua nota, venam tranrversam exteriorem, sub æque distantem ab interiori et a curvatura quintæ longitudinalis indicatam esse, sed in specimine nostro a Cl: De Roser misso, distinctissime magis proxima interiori videtur.

Marem unicum germanicum observavi.

---

bb. *Proboscis* non distincte longior palpis nec epistomium superans — *Scutelli* setæ vix ultra primum segmentum abdominis elongatæ.

Gen. 22. (b) PTILOPS. *Rndn.*

TT. *Arista* basi pilosa, apice late nudo, neque brevissime pilosulo.

e. Genæ serie setarum præditæ inter oculos et carinas faciales.

Gen. 25. EGGISOPS. *N.*

ee. Genæ nudæ vel subnudæ, inter oculos et carinas faciales, vel sparsim et brevissimæ setulosæ.

d, *Abdominis* segmentum secundum setis etiamsi non validis tamen distinctis et erectis præditum.

Gen. 26. ONESIA *Desv.*

— 2. in st. Muscin Prod. T. 1.

dd. *Abdominis* segmentum secundum setis destitutum.

Gen. 27. CYNOMYA *Desv.*

— 1. in stirpe muscinarum.

V. characteres stirpis Dexinarum in hoc volumine pag: 47. qui indicant genera ista duo ultima in hac melius quam in sequente sectione locanda esse.

Sp. 1. M. Nana *Mgn. Macq. Rndn.*

V. Descript. Macquartii in annal. s. c. cui adde; *Arista* longius pilosa, et costa alarum fuscedine saturatiore Duo specimina tantum possideo mascula in Gallia capta a Clar. Macquartio.

Gen. 20 GASTROLEPTA. *Mihi.*

Char: Gener.

Oculi nudi, in fronte maris valde proximi — *Palpi* longitudine proboscidis brevis — *Antennœ* paulo sub medium oculorum insertæ; articulo tertio fere triplo longiore secundo; arista brevissime pilosula — *Genœ* nudæ — *Setœ* orales in facie parum ascendentes — *Alœ* spinula mediocri; vena transversa exteriore circiter œquidistante ab interiori et a cubito quintæ longitudinalis, ista angulo rotundato flexa, neque apparenter appendiculata, et sejunctim a quarta prope apicem costalem attingente — *Abdomen* angustum, setis marginalibus et discoidalibus, validiusculis etiam in segmenti secundi dorso præditum — *Organa* copulatoria maris parva et inferne non biloba — *Pedes* graciles, tibiis anticis setis distinctioribus non instructis; uncis et pulvillis tarsorum in mare majusculis.

Spec. Italica unica 1. Gentilis *Mihi.*

Descript. spec.

Sp. 1. G. Gentilis *Mihi.* — Longit. *(maris) Mill.* 6

Mas, nigro-nitens, capite albido-sericeo, vitta frontali atra opaca — *Thorax* paulo cinerei adspersus, humeris albidioribus — *Abdominis* fasciæ albicantes tres ad basim segmentorum — *Antennæ* ut *palpi* nigræ — *Calyptra* sordide alba, squamis posticis satis amplis, limbo magis sordido — *Halteres* lutei. — *Alæ* sublimpidæ, spinula costali duplice: vena secunda longitudinali paulo producta ultra transversam anteriorem — *Abdominis* segmentum primum margini in dorso bisetosum, sequentium margo posticus setis duabus præditus. — *Pedes* nigri, parce setosi, pulvillis albicantibus.

Semel mense augusto captus mas in collibus agri parmensis.

Gen. 20 (b) OPLISA. *Mihi.*

CHAR. GENER.

Oculi nudi et distantes — *Frons* utriusque sexus latior singulo oculo, et seriebus quatuor setarum instructa — *Antennæ* supra medium oculorum insertæ longiusculæ, articulo tertio bilongiore et ultra præcedente: arista pilosula, breviter ad basim, brevissime ad apicem — *Genæ* inter oculos et carinas faciales nudæ — *Alarum* spinula costalis valida; vena transversa exterior æquidistans circiter ab interiori et a cubito quintæ longitudinalis, ista angulo rotundato, neque apparenter appendiculato, flexa, et sejunctim a quarta prope apicem costali conjuncta = *Abdominis* setæ discoidales adsunt saltem in dorso segmentorum tertii et quarti: protuberantia analis in masculis crassa et inferne bilobata — *Pulvilli* et *unci* tarsorum in utroque sexu satis parvi.

SPECIES ITALICA Unica — 1. MENDICA *Mihi.*

Descript.

Sp. 1. O MENDICA *Mihi.* — Long. *Mill.* 3-5

Caput fusco- grisescens, vitta frontali lata nigra — *Antennis, Palpis* pedibusque pariter nigris — *Thorax* gri-

sei parum adspersus — *Abdomen* nigro-nitidum, fasciis transversis ad basim segmentorum dilute fusco-griseis, in dorso interruptis: segmento primo in dorso postice bisetoso; tertio setis aliquibus discoidalibus vel prædituum vel destitutum; sequentibus in disco et margine setosis. — *Alæ* paulo fuscæ, præsertim ad basim et costam — *Caliptra* albicantia, in mare tamen limbo plus minusve fusco lutescente — *Halteres* lutei.

Frequens in toto agro parmensi a Majo ad Augustum — In Etruria quoque lecta a Doct. Piccioli, in Insubria ab Erra, et in Pedemontio a Bellardi et Mussino.

Gen. 20 (c) TRICOGENA *Rndn.*
DEXIA ? *p. Zett.*

CHAR: GEN:

Oculi nudi distantes, etiam in mare frons latior singulo oculo, et in utroque sexu setarum seriebus quatuor prædita — *Antennæ* supra medium oculorum insertæ, articulo tertio saltem bilongiore præcedente: arista pilosula — *Genæ* inter oculos et carinas faciales distincte setosæ — *Alarum* spinula costalis distincta: Venæ longitudinales quarta et quinta in costali contiguæ: transversa exterior paulo distans ab interiori magis quam a cubito quintæ longitudinalis, ista angulo aperto, neque apparenter appendiculato flexa — *Abdomen* setis discoidalibus destitutum: protuberantia analis in mare incrassata et inferne biloba, et sexus ejusdem pulvilli et unci tarsorum majores.

SPECIES ITALICA unica — 1. TRUQUII *Rndn.*

***Observat*: et *Descript*.**

Sp. 1. T. TRUQUII. ***Rndn.*** — Longit. *Mill*[a] 5. *(mas)*
TACHINIFORMIS ? ***Zett.***

(Maris) *Caput* griseum vitta frontali nigra, et epistomii latera paulo rufescentia — ***Antennæ*** nigræ articulo secundo ad apicem testaceo: arista breviter pilosula — ***Palpi*** testacei — ***Thorax*** griseus vittis tribus

nigris — *Scutellum* grisescens apice paulo testaceo — *Alæ* sublimpidæ, costa tantum paulo fuscescente — *Squamæ* albæ — *Halteres* lutei — *Abdomen* nigricans lateribus fusco-rufo-maculatis et fasciis tribus griseis in dorso interruptis — *Pedes* nigri, femoribus ad apicem et tibiis, basi excepta, fusco-testaceis — *Protuberantiæ* analis segmenta basalia nigra, lobis inferis rufescentibus.

Similis vidatur Dexiæ *Tachiniformi* Zetterstedtii, ideo in synonimis nomen hoc dubitanter inscriptum — Sed occulatissimus observator silens in diagnosi Sp. propriæ de notis distinctivis majoris momenti, quibus nostra prædita est, species distinctas eas credere debemus.

Cel Auct. non loquitur, de setis genarum, in Italica distinctissimis; nec de quadruplici serie setarum frontalium ♂, tamquam characteres Dexiæ Tachiniformis, et præterea istius oculos non late remotos dicit, dum in nostra frons etiam maris latior est singulo oculo, quapropter etiamsi aliis characteribus ista cum illa conveniat, Tricogena Truquii non œqualis sed similis tantum Dexiæ Tachiniformi consideranda.

Unicum marem speciei observavi, olim ab Equite Truqui missum in Pedemontii alpibus captum.

Gen. 21, (*) MORINIA *Desv. Rndn. (Non Mgn. nec Macq)* MELANOPHORA *Macq. S. B.*

CHAR. GENER

Oculi nudi, in fronte maris approximati; frons singulo oculo angustior, nisi angustissima, in mare seriebus duabus setarum, in fœmina quatuor instructa — *Antennæ* contra medium oculorum insertæ, articulo ultimo bilongiore secundo circiter — *Genæ* inter oculos et carinas faciales nudæ vel subnudæ — *Alarum* spinulą costalis distincta: vena transversa exterior magis distans ab interiori quam a cubito quintæ longitudinalis, isto neque apparenter appendiculato — *Abdominis* setæ discoidales adsunt in dorso segmentorum intermediorum, aut saltem tertii: anus incrassatus in mare et inferne bilobus — *Pulvilli* et unci tarsorum in eodem sexu majores.

SPEC: ITALICÆ

A. ***Antennarum*** **articulus tertius bilongior secundo —** ***Vena quinta*** **longitudinalis sub arcuatim flexa.**

Sp. 1. VELOX *Desv.*

(*) A *Moriniis* Meigenii sejungendo *Melanomyas* et *Anthracomyas*, generis sic limitati Spec. typica manet. M. *Velox* Desvoidyi, non *Anthracina* ut in Prodromi T. 1. notavi. Sed nomen genericum *Morinia*, ratione prioritatis, Desvoidyi non Meigenii designandum est.

AA. *Antennarum* articulus tertius parum, non duplo longior secundo — *Vena quinta* longitudinalis angulo aperto cubitata.

Sp. 2. CELER. *Mihi.*

Observat. et Synon.

Sp. 1. M. VELOX *Desv. Macq.*

FUSCIPENNIS *Desv.*

Caput nigricans, plumbei nitens — *Frons* angustior singulo oculo in utroque sexu, sed in mare non angustissima — *Antennarum* articulus tertius saltem bilongior præcedente: arista brevissime pilosula. — *Palpi*, ut *vitta frontalis*, et *antennæ* nigri. — *Thorax* grisei adspersus et nigro-vittatus — *Abdomen* nigro-nitidum, ad basim segmentorum cinerascente fasciatum, fasciis in medio interruptis, setis discoidalibus præditum in dorso segmentorum intermediorum, aut saltem tertii — *Alæ* paulo fuscescentes præsertim ad costam: vena quinta longitudinali sub-arcuatim flexa: transversa exteriore sinuosa — *Calyptra* sub-albida, limbo magis vel minus late et distincte fusco-lutescente *Halteres* lutei — *Pedes* nigri.

Frequens in agro parmensi ab aprile ad Iunium, tam in planitie quam in collibus — In Pedemontio quoque lecta a Clar. Spinola.

Sp. 2. M. CELER *Mihi.*

Mas similis habitu et statura mari prœcedentis, sed distinctissimus: *Antennis* brevioribus, et articulo tertio parum, non duplo, longiore præcedente — *Arista* distincte longius pilosa — *Oculis* valde approximatis, orbitis fere contiguis — *Setis* abdominis validioribus in segmento etiam secundo semper discoidalibus extantibus: fasciis ad basim segmentorum magis albidis, latioribus, integris — *Alarum* vena quinta longitudinali angulatim flexa — *Calyptris* albis — *Halteribus* fuscis etc.

Marem tantum legi mense Majo in collibus agri parmensis.

NOTA. *Oculi* maris orbitis subcontiguis, brevitas articuli tertii antennarum, et venæ quintæ longitudinalis angulus, distinctionem genericam constituere possunt, quæ si valent ut genus novum instituatur, illud vocabo.

METOPISENA *m.*

Gen. 22. (a) RHYNCHISTA. *Rndn. Prodr. T. IV. pag.* 9.
Proboscina *Rndn. Pr. T.* 1. — **Thachina** *Mgn:*
Zett.
Maquartia *Mgn.* 7-

Char. Gener

Peristomium ad os setis validis marginatum, *Genæ* non setosæ, *Oculi* hirti, in fronte maris valde approximati — *Antennæ* contra nisi sub medium oculorum insertæ; articulo tertio non aut vix bilongiore præcedente: arista ad lentem pilosula — *Proboscis* longiuscula epistomium distincte superans et palpos — *Alarum* spinula costalis valida: vena quinta longitudinalis angulatim flexa, angulo neque apparenter appendiculato: transversa exterior satis distans ab interiori — *Scutelli* setæ aliquæ elongatæ usque ad marginem posticum segmenti secundi abdominis — *Setæ* discoidales et marginales validæ adsunt, in dorso segmentorum intermediorum — *Organa* copulatoria porrecta in mare, et in eodem sexu *pulvilli* et *unci* tarsorum satis majores.

Species Italicæ.

A. **Alarum vena transversa exterior satis longior distantia a cubito quintæ longitudinalis.**

B. **(Maris) orbitæ oculorum subcontiguæ — Abdominis setæ plures discoidales in segmentis intermediis.**

Sp. 1. Longipes *Rndn.*

BB. (Maris) orbitæ paulo distantes — Abdominis setæ discoidales duæ tantum in segmentis intermediis.

Sp. 2. Apennina *Mihi.*

AA. Vena transversa exterior subæque longa distantiæ a cubito quintæ longitudinalis.

Sp. 3· Prolixa *Mgn.*

Observ: et descript.

Sp. 1. **R.** Longipes *Rndn.* -- Long. maris *Mill.* 9.

Maris, *caput* albicante-nitidum; *vitta* frontali, *antennis palpisque* nigris — *Thorax* grisescens vittis superis quinque nigricantibus, antice distinctioribus, intermediis tribus exilibus et proximis — *Scutellum* nigricans, grisei adspersum — *Alæ* vix fufescentes, basi et costa paulo fuscioribus: segmento costæ ante spinulam non distincte ciliato: vena transversa exteriore sinuosa, et sat longiore distantia a cubito quintæ longitudinalis — *Calyptra* albicantia — *Halteres* lutei — *Abdomen* nigrum grisei adspersum et tessellatum segmentis tribus ad latera fusco-rufescentibus — *Pedes.* nigri.

Marem speciei in appenino parmensi legi, mense augusto.

Sp. 2. R Apennina *Mihi.*

Similis præcedenti, a qua tamen sat diversa, præcipue, Oculis modice remotis in mare, non satis proximis et setis discoidalibus duabus tantum non pluribus in dorso segmentorum intermediorum, et maculis rufis lateralibus in dorso regulariter convexis, non sinnuato angulosis.

A mare sequentis seu *Prolixæ* etiam difert, non solum distantia sat minore venæ transversæ exterioris a cubito quintæ longitudinalis, sed setis discoidalibus et maculis lateralibus abdominis ut a præcedente. Distantia tamen oculorum similis Prolixæ.

Mares aliquos tantum legi in Apennino parmensi, tempore œstivo.

Sp. 3. R. Prolixa *Mgn. Zett.*

Spinosa *Zett.* — Griseicollis ? *Mgn.*

V. Descript: in opere Zetterstedtii, cui adde:

Maris *abdomen* lateribus fusco-rufo-maculatis, ventre nigro — *Alarum* vena transversa exterior longitudine subæquali distantia a cubito quintæ longitudinalis; segmento costæ ante spinulam distincte ciliato.

Difert etiam a Longipede oculis maris in fronte minus proximis.

Raro legitur in collibus et montuosis agri parmensi a Majo ad Augustum: fœmina *minus* rara.

Nota. Generi Macquartiæ species ambæ proximæ, sed ab hoc sejunctæ pæsertim arista quamvis breviter tamen pilosula; proboscide palpos et epistomium porrectum superante, et longitudine setarum scutelli. Iisdem characteribus proboscidis et setarum a Gen. sequente etiam diversum, quod a Maquartia non difert, nisi pilis aristæ distinctis.

Gen. 22 (b) PTILOPS. *Rndn: Prod: T. III. pag.* 85.
Macquartia *Desv. Mgn.* 7. — **Zophomya** *Macq.*
Tachina *Mgn.* 4. *Zett:*

Char. Gener.

Peristomium ad os pilosum vel setulosum, non setis longis marginatum — *Oculi* pilosi vel tomentosi, in fronte maris subcontigui — *Antennæ* contra medium oculorum insertæ, articulo tertio

bilongiore aut minus secundo, raro circiter trilongiore — *Genæ* inter oculos et carinas faciales non setosæ — *Alarum* vena transversa exterior magis distans ab interiori quam a cubito quintæ longitudinalis; ista angulo rotundato vel sub-arcuatim cubitata, cubito neque apparenter appendiculato — *Abdomen* setis discoidalibus præditum in segmentis intermediis, aut saltem in tertio (specie puella tantum excepta).

Genus proximum Macquartiis a quibus præcipue distinctum arista pilis prædita, non nuda nec subnuda.

Species Italicæ

A. ***Palpi*** **toti aut fere toti lutescentes.**

B. ***Abdominis*** **regmenta tria, aut saltem duo posteriora setis discoidalibus instructa.**

C. ***Abdominis*** **segmenta tria setis discoidalibus prædita.**

Sp. 1. Nubilis *Mihi.*

CC. ***Abdominis*** **segmenta duo tantum setis discoidalibus munita.**

Sp. 2. Vidua *Mihi.*

BB. ***Abdominis*** **segmentum ultimum tantum in disco setosum**

Sp. 3. Puella *Mihi.* (*)

(*) Forte sp. ista ab aliis Ptilopsidibus generice sejungenda, præcipue, pro absentia setarum discoidalium in segmentis intermediis abdominis, et longitudine articuli tertii antennarum secundo trilongioris: sed pro unico exemplare genus novum condere non ausus sum, quamvis in collectione mea jam notatum sit, nomine *Chetoptilia* m.

AA. P*alpi* toti nigricantes.

D. Maris *Abdominis* segmenta, primo excepto, setis marginalibus omnino cincta; primo seta aliqua laterali et aliqua dorsuali munito: fœminæ *calyptra*, ut in mare sub-flavida.

E *Alæ* maris, venas longitudinales quartam et quintam in costali vel prope costalem conjunctas præbentes. — Fœminæ *abdomen* segmentis duobus tantum posterioribus setis marginalibus omnino cinctis.

Sp. 4. Infans. *Mihi.*

EE. *Venæ* longitudinales alarum, quarta et quinta, etiam in mare, in costali sejunctæ — Fœminæ *abdomen* segmentis tribus posterioribus, setis marginalibus omnino cinctis.

Sp. 5. Adolescens *Mihi.*

DD. Maris *Abdomen* segmenta omnia, setis marginalibus omnino cincta præbens — *Fœminæ calyptra* albida.

Sp. 6. Chalybeata *Mgn.*

Observ: et Synon.

Sp. 1. P. NUBILIS. *Mihi.* — Long. *Mill.* 7. — *(mas).*

Oculi distinctissime pilosi — Antennæ nigræ, breves, articulo tertio vix aut non bilongiore secundo: arista breviter pilosula — *Palpi* basi fuscescentes extrinsecus lutei — *Alæ* paulo infuscatæ, basi cum costa paulo fusciore, sublutescente: vena quinta longitudinali angulo rotundato flexa: transversa exteriore sinuosa, secunda paulo producta ultra stransversam anteriorem — *Calyptra* ferruginea — *Halteres* testacei — *Abdomen* nigro-sub œnescens, segmentis duobus intermediis in disco setosis: secundo setis duabus discoidalibus et duabus marginalibus in dorso instructo, tertio et ultimo serie discoidali et alia marginali setarum cinctis — *Pedes.* nigri.

Marem unicum possideo a Clar. Genéo olim missum, cum aliis insectis alpinis.

NOTA. Marem non esse cogito speciei *Rufipalpis* Macquartii, cujus fœmina tantum nota est, in Dan*i*a capta, quia specimen nostrum palpos totos flavidos extrinsecus præbet, non apice nigro, et vena quinta alarum supra cubitum manifeste incurvata non recta ut in specie Danica etc.

Character iste palporum, cum aliis, nostram distinguit, etiam a *Varipalpi* Macquartii.

Sp. 2. P. Vidua *Mihi* — Long. *Mill.* 6 *(fœm.)*

Antennaruma articulus tertius duplo et ultra longior secundo: arista pilosula — *Oculi* distincte sed breviter piligeri — *Palpi* apice ferruginei, intus testacei — *Alæ* ut in præcedente — *Abdomen* nigro-nitidum subœnescens; segmento secundo setis nullis discoidalibus, et parvis et flexis marginalibus, instructo: segmentis tertio et quarto serie discoidali, et alia marginali setarum cinctis — *Calyptra* fusco sub flavida — *Halteres* lutei — *Pedes* nigri.

Fœminam tantum legi mense Iunio in collibus ditionis parmensis.

Nota. Differentiæ setarum abdominis, color diversus palporum, et longitudo major tertìi articuli antennarum, indicant, speciem hanc, fœminam non esse præcedentis. Palpis apice non nigris etiam diversa Sp. nostra a *Varipalpi* et *Rufipalpi* Macquartii.

Sp. 3. P. Puella *Mihi.* — Long. *Mill.* 4. *(Fœm.)*

Facile distinguenda a fœminis congeneribus, absentia setarum discoidalium in segmentis tribus primis abdominis. et longitudine articuli tertii antennarum secundo circiier trilongioris.

Præterea *Oculi* vix ad lentem puberuli — *Antennarum* articulus secundus partim fusco-rufescens — *Alarum* vena transversa exterior recta — *Halteres* capitulo

nigricante etc. speciem statim indicant diversam. *Palpi* ut in præcedentibus flavidi — *Calyptra* fusco-lutescentia — *Spinula* costalis parva etc.

Fœminam tantum legi mense septembre in collibus Ditionis parmensis.

Sp. 4. P. Infans. *Mihi.* — Long. *Mill.* 4.

Maris *oculi* longe pilosi — *Antennarum* articulus tertius parum longior secundo — *Palpi* nigri — *Arista* brevissime pilosula — *Alœ* sublimpidæ basi et costa paulo fusco luteis: venæ longitudinales quarta et quinta in costali vel prope costalem conjunctæ: transversa exterior paulo sinuosa et circiter longa ut distantia a cubito rotundato quintæ longitudinalis — *Calyptra* fusco-flavida — *Halteres* capitulo nigricante — *Abdomen* nigro-nitidissimum, segmenti primi dorso postice bisetoso: secundi et tertii disco setis duabus dorsualibus munito, et margine postico serie setarum continuata cinctis; ultimi disco et margine multisetosis.

Fœm: similis mari sed præter characteres sexuales difert etiam, segmento secundo abdominis, setis marginalibus non cincto sed aliqua dorsuali et aliqua laterali ut primum instructo: venæ longitudinales quarta et quinta non raro in hoc sexu in costali sejunctæ.

Frequens in collibus agri parmensis a majo ad Iulium, fœ.

mina tamen rarior. — Lecta etiam in Etruria a Doct. Piccioli.

Sp. 5. P. Adolescens *Mihi.* — Long. *Mill.* 4-5.

Mas similis mari præcedentis, at statura majori, et diversa, *venis* longitudinalibus quarta et quinta sejunctim costali productis, et abdominis segmento tertio serie non solum marginali postica, sed etiam serie discoidali cincto, ut segmentum ultimum: dum in mare Infantulæ segmenti tertii ut secundi setæ discoidales paucæ seriem non constituunt continuatam.

Fœmina difert a fœmina præcedente, setis marginalibus seriem continuatam constituentibus, non solum in segmentis duobus ultimis sed etiam in secundo.

Raro lecta in agri parmensis floribus compositarum et umbellatarum, mense majo.

Sp. 6. P. Chalybeata *Mgn. Macq. Zett.*

V. Descript: in opere Zetterstedtii cui adde.

Maris Abdomen, segmentis omnibus, etiam primo setis, marginalibus omnino cinctis — *Squamæ* calyptrorum non pure albidæ, sed magis vel minus lutescentes — *Halteres* nigri.

Fœminæ *calyptra* albidiora, et abdominis segmenta tria tantum, seu primo excepto, setis marginalibus cincta,

Calyptris non fusco flavidis et statura majori, a fœmina prœcedentis distinguenda.

Non frequens in agri parmensis planitie el collibus, mensibus Majo et Iunio — In Etruria a Doct. Piccioli, et in Pedemontio a Prof. Genéo etiam lecta.

Gen. 23 MELANOTA. *Rndn.* (*Prodr: II.*)

Melania *Mgn.* 7. *Rndn.* 1. — **Dexia** *Mgn.* 4. *Zett. Walk.* — **Sericocera.** *Macq.* — **Musca.** *Fab: Fall:* — **Phyllomya** *Desv.*

Char. Gen:

Oculi nudi — *Frons* etiam maris lata et seriebus quatuor setarum prædita — *Antennœ* contra medium oculorum insertœ, articulo ultimo quadruplo circiter in mare et triplo in fœmina longiore prœcedente: arista distincte villosa — *Genœ setulis* sparsis præditæ, præter setas orales et frontales — *Alœ* spinula costali subnulla, basi distincte ciliatæ: vena quinta longitudinalis arcuatim vel angulo rotundato flexa, isto neque apparenter appendiculato: quarta et quinta sejunctim costali productæ; secunda superne non spinulosa. — *Abdomen* setis discoidalibus munitum

in segmentis tribus posticis; et omnibus serie marginali setarum cinctis — *Tarsi* pulvillis et uncis in masculis parum majoribus.

SPECIES ITALICA unica — 1. VOLVULUS *Fabr.*

Observat. et Synon.

Sp. 1. M. VOLVULUS *Fabr. Mgn. Desv. Macq. Zett. Walk. Rndn.*.

V. Descript. in opere Zetterstedtii, cui adde characteres nonnullos in generica diagnosi a me notatos.

Exemplaria collectionis meæ germanica vel gallica — Species in Italia non lecta, sed nostratibus adscripta, quia facilius in borealis Ausoniæ plagis vel alpinis vel apenninis invenienda.

Gen. 24. TELAIRA *Desv. Rndn.*

Dexia. *Mgn. Zett. Walk.* — **Sericocera** *Macq.*
Musca *Fabr. Pnz. Fall.*

Char: Gen:

Facies et *Frons* ultra oculos vix porrectæ — *Oculi* nudi, etiam in fronte maris modice distantes — *Antennæ* contra medium oculorum insertæ, angustæ, articulo tertio fere triplo longiore præcedente — *Arista* distincte villosa — *Genæ* inter oculos et carinas faciales nudæ — *Alarum* spinula costalis nulla: vena secunda longitudinalis tota superne setulosa; quarta setulis prœdita saltem usque contra apicem primæ; transversa exterior satis proxima cubito quintæ longitudinalis, ista angulatim cubitata, cubito neque apparenter appendiculato. — *Abdomen* segmentis in disco et margine setosis — *Pulvilli* et *unci* tarsorum in masculis sat majores.

Species Italicæ

A, Scutellum apice plus vel minus rufescente.

Sp. 1. Intuenda *Mihi.*

AA. Scutellum totum nigrum etiam apice.

B. Abdomen maris latissime et distinctissime ad latera testaceum.

Sp. 2. Nigripes *Fabr.*

BB. Abdomen lateribus anguste, et parum distincte subrufescens.

Sp. 3. LEUCOZONA *Pnz.*

Observ. et. Synon:

Sp. T. INTUENDA *Mihi.*

NIGRIPES *Walk. (non àlior)* LEUCOZONA *Var. Mgn. Macq.*

Duabus sequentibus proxima et ab iisdem distincta, scutello apice in utroque sexu plus vel minus fusco rufo, non toto nigro — Fœmina tota nigra albo fasciata, scutello tantum rufo ad apicem.

A Leucozonæ vero masculo, mas nostræ difert etiam abdominis lateribus magis late et distincte rufescentibus, nec non setis discoidalibus segmentorum intermediorum in dorso pluribus, non duabus tantum: et a mare Nigripedis distinguendus rufescentia lalerali abdominis sat minus lata, in segmenti tertii basi tantum producta, non latera tota ejusdem occupante.

Sat rara. Semel marem in Apennino legi agri parmensis, el semel ab Etruria misit Prof. Passerini — Fœminas paucas quoque observavi appeninicas (*)

(*) Dexia *Nigripes Walk* certe nostræ *Intuendæ* pertinet, quia scutellum apice rufum possidere dicitur, qua nota carent aliæ species, nec ab auctoribus prius indicata.

Sp. 2. T. Nigripes *Fabr.* (♂) *Rndn.* (♂ ♀) *Pnz. Mgn. Macq*: (♂).

Leucozona. *p. Zett.* — Nigrina *Fall.* (*fœm.*) — Lateralis *Fall.* (*mas*).

V. Descript: in op; Zetterstedtii cui adde.

Maris Abdominis rufescentia lateralis latissima, segmenti tertii latera tota occupans, et non raro, etiam in ultimi basi producta, quo charactere a præcedente et sequente distinguitur.

Scutellum totum nigrum etiam apice, in utroque sexu, speciem hanc a prœcedente separat.

Setæ vero discoidales marium in dorso segmentorum intermediorum, plures validæ, non duæ tantum, a mare sequentis marem istius sejungunt.

Vulgaris ab Aprile ad Julium in toto agro Parmensi — In Pedemontio quoque lecta a Bellardi et Garbiglietti — In Etruria a Piccioli etc.

Sp. 3. T. Leucozona. *Pnz. Mgn. Macq. Zett. p.* (♂).

Colore scutelli toto nigro similis præcedenti, sed distinctissima colore abdominis fere toto nigro, ad latera vix et anguste subrufescente; et etiam setis discoidalibus in dorso segmentorum intermediorum duabus tantum validis, et œque distantibus, a præcedentibus et sequentibus.

A mare *Intuendæ* quoque distinctus non solum lateribus abdominis parum et anguste rufis, sed scutello nigro etiam apice.

Semel marem legi in Apennino Lunensi.

Gen. 25, EGGISOPS *Mihi.*

Char: Gener.

Oculi non hirti, in fronte maris valde proximi, orbitis subcontiguis — *Antennœ* contra medium oculorum insertæ, breviusculœ, articulo tertio fere bilongiore secundo — *Arista* ad basim distincte pilosa, *apice late nudo* — *Genœ* inter oculos et carinas faciales serie setarum præditæ — *Alarum* spinula costalis valida: vena transversa exterior fere æquidistans ab interiori et a cubito quintæ longitudinalis; ista sub arcuatim cubitata, cubito neque apparenter appendiculato. — *Abdominis* segmentum secundum setis discoidalibus destitutum, tertium etiam in disco setosum.

Organa copulatoria maris non distincte incrassata — *Tarsi* pulvillis et uncis in mare parum longioribus.

Species Italica Unica — 1. Pecchiolii ***Mihi.***

Diagnos:

Sp. 1. E. Pecchiolii. *Mihi.* — Long. *Mill.* 7.

Tota atra nitida vix grisei adspersa — *Caput.* fusco-grisescens, *palpis*, *antennis*, *vittaque* frontali nigris — *Alæ* sublimpidæ, vena secunda longitudìnali vix producta ultra transversam anteriorem — *Calyptra* luride sublutea — *Halteres.* fusco-lutescentes — *Pedes* nigri, pulvillis albidis etc.

Marem et Fœminam observavi in unico exemplare prope Pisam lecta a D^e Pecchioli, cui Sp: dicata.

Gen. 26 (*) **ONESIA** *Desv. Macq. Rndn.*
Lucilia. *Mgn.* 7. *(non Desv.)* — **Calliphora.** *Macq.* — **Sarcophaga** *p. Zett.* — **Musca.** *Fall: Fab: Mgn.* 5.

Char. Gener.

Oculi nudi, in fronte maris orbitis proximis vel parum remotis — *Antennæ* contra medium oculorum insertæ, articulo tertio triplo circiter longiore secundo: arista ad basim crebre pilosa, apice late nuda — *Genæ* inter oculos et carinas faciales serie obliqua setarum non instructæ, etiamsi sparsim et breviter setulosæ — *Alæ* spinula costæ parva vel subnulla: vena quinta longitudinali angulatim cubitata, cubito neque apparenter appendiculato: transversa exteriore sat proxima cubito isto: quarta longitudinali costalem attingente sejunctim a quarta, raro conjunctim. — Abdominis segmentum secundum setis marginalibus distinctioribus in dorso et lateribus munitum: segmentum quartum etiam in disco setis saltem aliquibus validiusculis præditum, non breviter tantum hirtum — *Protuberantia* analis masculi porrecta et duobus segmentis instructa — *Pulvilli* tarsorum in mare longiores.

Spec. Italicæ

A. Facies cum fovea nigricans, macula fusco rufa ad os.

B. Vena quinta longitudinalis a cubito ad apicem subrecta vel vix incurvata, angulo plus minusve aperto flexa

— Antennarum articulus tertius duplo aut parum ultra longior secundo.

C. Venæ longitudinales quarta et quinta in costali vel ante costalem conjunctæ.

Sp. 1. CLAUSA *Macq.*

CC. Venæ longitudinales quarta et quinta sejunctim costalem attingentes.

Sp. 2. VESPILLO *Fabr.*

BB. Vena quinta supra cubitum magis vel minus sed distincte incurvata, angulo recto nisi subacuto flexa. Antennarum articulus tertius triplo saltem longior secundo.

Sp. 3. SUBAPENNINA. *Rndn.*

AA. Facies cum fovea tota fulva, genis tantum inferne nigricantibus.

Sp. 4. ALPINA *Zett.*

Observat: et Synonim:

Sp. 1. O. CLAUSA *Macq. Mgn.* 7.

V. Diagnos: in op. Macquartii S. a B. ex qua cognoscitur sp: hanc similem esse omnino varietatibus nonnullis *O Vespillonis*, excepta tantum nota venarum longitudinalium quarta et quinta in costali, vel paulo ante conjunctarum: quare magis varietatem sequentis quam distinctam speciem considerandam esse puto.

Non frequens in agro parmensi, legitur cum varietatibus Vespillonis iisdem temporibus et locis.

Sp. 2. O. Vespillo. *Fall: Fabr: Zett: Walk: Rndn:* Sepulcralis *Mgn.* 5. — Floralis *Desv. Macq: Mgn.* 7. Viarum et Claripennis (fœm) *Desv: Macq: Mgn.* 7. — Rufipalpis *Macq:* (Calliphora) *Mgn.* 7. (Lucilia) Carulea? *Desv. Macq:*

V. descript in op. Zetterstedtii, cui adde.

Antennæ nigræ, articulo tertio duplo aut parum ultra, non triplo longiore secundo, eorum conjunctione aliquando angustissime rufescente — *Calyptrorum* squamæ inferœ in fœmina semper albicantes vel albissimæ ut superæ, in mare fere semper plus minusve fuscæ(*).

Maris *protuberantia* analis modice porrecta, segmento penultimo non vel parum longiore ultimo, et ad basim alio segmento brevi non concomitato. Pulvilli et unci tarsorum longiores.

Vnlgaris in toto anno entomologico ubique a Pedemontio ad Insulas meridionales Italiæ.

(*) Varietatem maris calyptris fere albicantibus totis, a Clar. Macquartio accepi nomine distinctum *Caliphora Rufipalpis.* sed a Caliphoris longe distat pulvillis, ani structura etc.

Sp. 3. O. SUBAPENNINA. *Mihi.*

Similis habitu et colore O. Vespilloni, a qua tamen satis diversa non solum statura sœpius majore, sed præcipue *Antennarum* articulo tertio triplo et ultra longiore prœcedente, et protuberantia anali masculi magis porrecta, segmento penultimo satis longiore apicali et ad basim alio segmento brevi manifesto.

Præterea distincta est etiam *Calyptris* semper in mare quoque albidis — *Vena quinta* longitudinali supra cubitum distincte intus incurvata — *Antennarum* articulo secundo fusco-rufo saltem intus etc.

Minus frequens O. Vespillonis, præsertim in collibus et montuosis agri parmensis legitur a Martio ad Octobrem.

Sp. 4. O. ALPINA *Zett.*

V. Descript. in op. ejusd. auct. T. IV. p. 1304. cui adde.

Abdominis segmentum secundum margine postico setosum, — protuberantiæ analis masculi, segmentum penultimum latum.

Femora postica setis validis extra et inferne armata etc.

Quibus characteribus magis *Onesiæ* quam *Cynomyæ* species ista referenda, quamvis aliis notis etiam generi ultimo proxima cognoscatur.

Marem unicum possideo in Insubria Alpina lectum.

Gen. 27 CYNOMYA *Desv. Macq. Rndn. (Pr. G. I. Muscin:)*
Sarcophaga *Mgn. Zett: Walk.* — **Musca** *Lin: Fabr: Fall. Rossi.*

Char. Gen:

Oculi nudi, in fronte maris modice, fœminæ satis distantes — *Arista* apice late nuda, basi pilosa — *Genæ* subnudæ *Alarum* spinula costalis nulla; vena transversa exterior satis proxima cubito quintæ longitudinalis, isto neque apparenter appendiculato; quarta et quinta sejunctim costalem attingentes, quinta angulo acuto, vel sub-acuto flexa — *Abdominis* segmentum secundum setis etiam marginalibus omnino destitutum, tertium et quartum serie tantum macrochetarum marginalium cincta: alibi breviter hirta — *Organa* copulatoria maris valde porrecta — *Pulvilli* et unci tarsorum in eodem sexu satis majores.

Species Italica unica — 1. Mortuorum *Lin.*

Observat. et Synon.

Sp. 1. C. Mortuorum. *Lin. Rossi.* (esclusa Synon: *Fabr.*) *Fall. Mgn. Zett. Walk. Rndn.*

Chrysocephala *De. G.* — Vomitoria. *Fabr.*

V. Descript: in op; Zetterstedtii.

Exemplaria Italica collectionis meæ abdomen semper cyaneum præbent, et statura parum variant.

Raro lecta in collibus agri parmensis tempore autumnali.

Specimen corsicanum misit Spinola, et insubricum Villa.

Stirps XV. MUSCINÆ.

Dexinarum characteres præbentes, exceptis nonnullis negativis quorum complexu differentia stirpium harum innititur, quales sunt.

Segmentum secundum abdominis setis distinctioribus erectis destitutum, et si raro adsunt, *carina facialis* inter antennas non elevata: *cubitus venœ quintœ* longitudinalis neque apparenter appendiculatus; *unci* et *pulvilli* tarsorum in masculis non distincte longiores, *Aristœ* pars nuda apicalis brevis, seu parum aut non longior ultimis pilis; et protuberantia analis parva, segmentis duobus non distinctis.

Quando setis distinctioribus in segmento secundo abdomen caret, tunc simul segmentum ultimum setulis sparsim tectum, non serie tantum marginali setarum cinctum observatur.

Gen. 1. (*) **SOMOMYA** *Rndn: Bertol: G.* (*Atti del' Accademia di Bologna anno* 1862. — **Calliphora** *Desv. Macq.* — **Lucilia** *Desv. Macq: Mgn.* 7. — **Musca** *Lin: Fab: Rossi: Fall. Mgn. p.* — **Phormia.** *Desv. p.* — **Mya** *Rndn.* (*Prodr: T. I.*)

Char: Gen

Oculi nudi vel subnudi, in fronte maris vel subcontigui vel distincte approximati — *Antennarum* articulus tertius saltem trilongior præcedente — *Arista* plumata tam superne quam inferne, parte

nuda apicali parum aut vix longior ultimis pilis — *Vibrissæ* prope orem insertæ — *Genæ* ante oculos nudæ vel subnudæ, seu non distincte setulosæ — *Vena quinta* longitudinalis angulatim non arcuatim cubitata — *Thorax* præter setas vel setulas ordinarias non lanuginosus. — *Abdominis* segmentum secundum setis dorsualibus distinctis fere semper destitutum. — *Genitalia maris* non satis porrecta — *Tibiæ* intermediæ setis validis ali quibus intus distinctis, præter setas exteriores et posteriores — *Pulvilli* et *unci* tarsorum etiam in mare parvi.

Spec: Italicæ

A. *Palpi* rufi vel testacei saltem extrinsecus.

B. *Callyptra* nigricantia albo-marginata.

C. *Facies* et *genæ* totæ nigricantes — *Peristomium* inferne fulvo-pilosum.

Sp. 1. Vomitoria *Lin.*

(*) In Prodr: T. 1. sub N. 3. nomine *Mya* distinctum, et continens etiam genus *Pollenia* Desv: nunc ab hoc *Somomya* sejunctum et characteribus hisce præcipue distinctum.

A. *Antennarum* articulus tertius quadruplo aut triplo longior secundo — *Genæ* ante oculos nudæ vel subnudæ.

Gen. 1. Somomya *Rndn.*

AA. *Antennarum* articulus tertius duplo aut parum ultra longior secundo — Genæ ante oculos setulosæ.

Gen 2. Pollenia *Desv.*

CC. *Facies* et *genæ* fere totæ rufescentes — *Peristomium* inferne nigro-setulosum.

Sp. 2. Erythrocephala. *Mgn.*

BB. *Callyptra* albida lutescentia vel paulo fusca, sed non nigra albomarginata.

D. *Cicatrix* sub humeralis in pleuris, testacea vel albo-lutescens.

E. *Genæ* nigricantes albidi sericeæ — *Abdominis* segmenta haud nigro-limbata.

Sp. 3. Lucens *Mihi.*

EE. *Genæ* totæ fulvescentes — *Abdominis* segmenta determinate nigro-cincta.

Sp. 4. Flaviceps *Macq.*

DD. *Cicatrix* subhumeralis nigra.

F. *Frons* maris lineiformis, orbitis subcontiguis, fœminæ non latior singulo oculo.

Sp. 5. Cæsar. *Lin.*

FF. *Frons* maris non satis angusta, orbitis modice distantibus, fœminæ manifeste latior singulo oculo.

Sp. 6. Sericata *Mgrl.*

AA. *Palpi* nigri vel nigricantes.

G. *Genæ* prope os, et orbitæ oculorum in fronte sub metallice virescentes vel cyaneæ.

Sp. 7. CORNICINA *Fabr. Fall.*
(non *Mgn.* nec *Macq.*)

GG. Genæ et frons nigricantes grisei sericeæ.

H. Abdominis segmentum secundum setis nullis validioribus in marginis dorso munitum.

Sp. 8. ILLUSTRIS *Mgn.*

HH. Abdominis segmentum secundum setis aliquibus validioribus distinctis in dorso ad marginem.

I. Vena quarta longitudinalis setulosa a basi circiter usque contra apicem primæ (color plus minusve virescens).

Sp. 9. SYLVARUM *Mgrl.*

II. Vena quarta longitudinalis vix seta aliqna ad radicem munita (color nigro-cærulescens.)

Sp. 10. CÆRULEA *Mgn.*

Descript. spec. et Synon:

Sp. 1. S. VOMITORIA *Lin. Mgn. Zett. Walk. Rndn.*
FULVIBARBIS *Desv. Macq:* — CARNIVORA *Fabr.*
AFFINIS et SCUTELLATA *Macq.*

V. Descript: in opere Zetterstedtii, cui adde:

Cicatrices pleurarum subhumerales nigræ — *Vena* quarta longitudinalis vix setula aliqua ad radicem instructa.

Calliphora Affinis Macquartii facillime varietas est istius, forte juvenilis, in qua genæ late rufescunt fere ut in sp. Erythrocephala: et pari modo varietas Vomitoriæ retinenda Cal. Scutellata ejusdem auctoris, distincta tantum scutello late testaceo.

Non frequenter legitur in agro parmensi a Majo ad Augustum — In Pedemontio quoque inventa a Genéo.

Sp. 2. S. ERYTHROCEPHALA *Mgn. Zett. Walk.*
VOMITORIA *Fall. Macq.* (Calliphora).

V. Descript. in op. Zetterstedtii. cui adde, ut in præcedente.

Cicatrices pleurarum nigræ, et vena quarta longitudinalis ad radicem vix setula aliqua instructa.

A præcedente difert *genis* late rufis, *scutello* semper nigro etiam ad apicem, et *peristomio* subtus nigropiloso, non rufo subbarbato.

Statura satis variat.

Vulgaris in tota Italia, in toto anno entomologico.

Sp. 3. S. Lucens *Mihi.*

Regina *Desv. Macq.* (non *Mgn*)

Fulvifacies et forte etiam Vittata *Desv. Macq.*

Maris color sœpius cœrulescens, fœminæ fusco-virescens sub metallicus — *Caput* nigricans albidi-sericeum, vitta frontali nigra atra: genis sœpe macula rufescente signatis ad os. —

Palpi rufi. — *Cicatrices* pleurarum lutescentes. —

Antennœ articulo ultimo circiter triplo, non quadruplo longiore præcedente, colore sœpe piceo rufescente, vel saltem intus subrufo extrinsecus nigricante piceo.

Frons maris angustissima, linearis; fœminæ latitudinem non œquans singuli oculi.

Callyptra albicantia vel dilute flavescentia — *Pedes* nigri — Fœminæ abdomen paulo depressum.

Statura parum variat, sed genarum macula rufa nunc fere indistincta, et tunc L. Reginam indicat Rob: et Macq. nunc lata, et tunc L. Fulvifaciem denotat.

Lucilia Regina Meigenii in vol. 7 op. ejusdem auctoris, palpos nigros præbere dicitur, inde nostra diversa.

Non frequens in agro parmensi præsertim collino, mense majo sœpius lecta — In Tyrolis Italici plagis etiam inventa a D^e^ De Bertolini.

Fœminam in Ungaria lectam a Prof. I. Passerini possideo

Sp. 4. Flaviceps *Macq.*

V. Descript. in op. ejusdem Auctoris S. a B., cui adde;

Cicatrices pleurarum sub albidæ — *Calyptra* albicantia — *Vena* quinta longitudinalis supra cubitum intus valde incurvata — *Palpi* fulvescentes — *Abdominis* segmenta nigro, vel nigro-cœrulea definite marginata — *Pedes* nigri vel nigro-picei.

Italiæ Meridionalis incola. Ab Insula Melita missa a Clar. Ornitologo I. Schembri.

Sp. 5. S. Cæsar *Lin. Fabr. Mgn. Desv. Macq. Zett. Walk.* Ruficeps *?* et Cærulescens *? Mgn.* Sericata ? *Zett.* (non *Mgn.*).

V. Descript. in op. Zetterstedtii.

Statura et colore satis variat: *epistomium* magis vel minus partim rufescit, ut antennæ ad conjunctionem articulorum secundi et tertii — Vitta frontalis in adultis nigra, plus minusve in juvenilibus rufescens videtur.

Frons maris linearis oculis subcontiguis, fœminæ non latior singulo oculo.

Observationes novæ me docuerunt, non solum in hac sed etiam in congeneribus speciebus, varietates coloris œtatem individuorum distinguere, et cyaneum vel cœruleum juniora denotare, virescente-metallicum adulta, œneum vel cupreum senilia: quæ differentiæ, aliis epistomii eonsideratis, species in synonimis notatas distinguere cogito, unicæ referendas.

Vulgaris in tota Italia et ubique.

Sp. 6. S. Sericata *Mgrl. Mgn. Macq:*

Fulgida *Zett.* — Regalis? *Mgn. Macq.* —

Pubescens *Desv.*

V. Descript: *Fulgidæ* in op. Zetterstedtii.

Ut in præcedente colore satis variat œtate, et vitta frontalis in juvenilibus plus minusve rufescit.

A Cœsare semper distinctæ varietates omnes istius, colore *faciei* ad epistomium non rufescente; *antennis* totis nigris etiam ad conjunctionem articulorum; *fronte* maris latiuscula orbitis paulo remotis, fœminæ latior singulo oculo; et *abdomine* præsertim in fœminis magis vel minus albidi sericei nitente.

Vulgaris in tota Italia etiam insulari.

Sp. 7. S. Cornicina *Fabr. Fall. Zett.* (non aliorum).

Cæsarion *Hoffm. Mgn. Desv. Macq.*

V. Descript: in opere Zetterstedtii.

Palpi sœpius nigri, aliquando tantum fusci. — *Genæ Vertex orbitæ* in fronte, nunc virescente nunc cyanescente nitidæ submetallicæ.

Vulgaris. in tota Italia.

Sp. 8. Silvarum *Mgrl. Mgn. Zett.*

Illustris *Mac.*

V. Descript. in opere Zetterstedtii, ex qua cognoscitur nota precipua qua ista a seguente et affinibus difert, quæ sita est in setis erectis et validiusculis ad marginem segmenti secundi abdominis in dorso insertis.

Statura et colore satis variat, et vitta frontalis pari modo in juvenilibus rufescit.

Exemplar gallicum fœmineum a Cel. Macquartio accepi nomiue distinctum. L. *Illustris* Mgn.

Minus frequens præcedentium in agro parmensi, legitur ab aprile ad octobrem tam in planitie quam in montuosis. Etiam in aliis plagis italicis invenitur.

Sp. 9. S. ILLUSTRIS *Mgn. Zett.*

CORNICINA *Desv. Macq.* (exclus. Synon. *Fabr* et *Fall.*).

V. Descript. in op. Zetterstedtii:

Statura et colore satis variat ut in præcedentibus.

Frequens in agro parmensi, et in aliis plagis italicis.

NOTA· Species *Thalassina* et *Parvula* Mgn. Macq. *Scutellata* Macq. et forte etiam aliæ auctorum, varietates esse puto vel *Sylvarum*, vell' *Illustris.*

Sp. 10. S. CÆRULEA. *Mgn. Zett. Walk.* (non *Desv.* nec *Macq*)

NIGRIPALPIS *Macq.* — COGNATA ? *Mgn.* 7.

V. Descript. in op: Zetterstedtii.

Genitalia in mare parum porrecta et unci pulvillique tarsorum in utroque sexu parvi indicant proximam

S. istam esse *Luciliis*, vel *Calliphoris* a quibus tamen distat apice aristæ nudo, et segmento secundo abdominis setis distinctioribus in dorso munito: melius tamen in hoc quam in alio genere locanda.

Onesia *cærulea* Desvoidyi et Macquartii istæ Meigenii non referenda, nam palpi ejusdem testacei non nigri, forte varietatem indicant Vespillonis Fabricii.

Fœminæ Sp. Meigenii exemplaria non nulla vidi, facile juvenilia, palpos rufo-testaceos vel piceos præbentia, non nigros, et tunc confundenda cum fœminis *Vespillonis* nisi segmentum apicale abdominis observes, in individuis Cæruleæ longius et subacuminatum, et in illis aliæ speciei parum diversum a segmento præcedente.

Non infrequens in agro parmensi, præsertim primo vere — In Etrruia quoque lecta a D[e] Piccioli et in Pedemontio a Bellardi.

Gen. 2. et 3. POLLENIA. *Desv. Macq:*

Musca *Fab: Fall. Mgn. Zett. Walk.* — **Phormia** *p. Desv.* — **Calliphora** *p. Macq.* — **Somomya** *Rndn. p.* 1861 *Bertol: G.* — **Mya** *p. R.* 1856.

Char: Gen

Oculi nudi, in fronte maris satis proximi nisi subcontigui — *Antennarum* articulus tertius bilongior circiter, non trilongior nec ultra secundo — *Arista* superne et inferne et usque ad apicem pilosa — *Vibrissæ* sæpe longe ab ore insertæ — *Genæ* ante oculos plus minusve setulosæ — *Vena* quinta longitudinalis angulatim non arcuatim cubitata — *Thorax* vel sæpius lutei lanuginosus, vel raro grisei adspersus et vittatus. — *Abdominis* segmentum secundum setis erectis fere semper destitutum — *Tibiæ* intermediæ, præter posteriores et exteriores etiam intus setis validis aliquibus præditæ.

Genitalia maris non satis porrecta — *Tarsi* et *pulvilli* tarsorum raro in masculis longiores.

Spec: Italicæ

A. *Thorax* inter setas vel setulas ordinarias, non luteo-lanuginosus.

B. *Palpi* rufi, etiam apice.

Sp. 1. Groenlandica *Zett.*

BB. *Palpi* nigri, vel fusco-nigricantes, saltem apice.

C. *Antennæ* totæ nigræ vix articulo secundo macula subrufa. — *Abdomen* cyanei vel viridi metallici nitens, non grisei tessellatum, etiamsi paulo adspersum.

a. *Callyptra* squamis superis et magis, inferis distincte infuscatis.

Sp. 2. AZURREA *Fall.*

aa *Calyptra* tota alba.

Sp. 3. SORDIDA *Zett.*

CC. *Antennæ* macula rufescente distincta ad basim articuli tertii, et apici secundi — *Abdomen* nigro-nitidum, manifeste etiamsi dilute grisei-tessellatum.

Sp. 4. PULVILLATA *Mihi.*

AA. *Thorax* inter setas vel setulas ordinarias lanugine lutea præditus, magis vel minus distincta.

D. *Abdomen* grisei non tessellatum, vel nudum omnino vel vix grisei adspersum.

E. *Abdomen* cyaneo-nitidum.

Sp. 5. VIOLACEA. *Macq.*

EE. *Abdomen* nigro vel nigricante-olivaceo nitidum.

F. *Venæ longitudinales* quarta et quinta in costali sejunctæ — *Palpi* nigri.

Sp. 6. VESPILLO *Mgn.* (non *Fall.*)

FF. *Venæ longitudinales* quarta et quinta paulo ante costalem conjunctæ — *Palpi* rufi.

Sp. 7. LEVIS *Mihi.*

DD. *Andomen* grisei manifeste etiamsi dilute tessellatum.

G. *Venæ longitudinales* quarta et quinta in costali, vel paulo ante costalem conjunctæ.

Sp. 8. PAUPERA. *Mihi*. (Lanio *Mgn*. non *Pnz*.)

GG. *Venæ longitudinales* quarta et quinta in costali sejunctæ —

H. *Palpi* nigri vel nigricantes, raro summo apice fusco rufescentes — *Antennarum* articulus tertius totus vel fere totus nigricans.

Sp. 9. RUDIS *Fabr*.

HH. *Palpi* et *Antennæ* omnino rufescentes vel fulvescentes.

I. *Pedes* toti nigri.

Sp. 10 FULVIPALPIS *Macq*.

II. Pedes nigri, tibiis rufis.

Sp. 11. RUFICRURA *Mihi*.

Observat: et Synonim:

Sp. 1. P. GROENLANDICA *Zett*. (exclusa Synon: RUFIPALPIS *Macq*.)

V. Descript. in opere ejusd: Auct:

Sp. distincta a sequente non solum palpis rufis, sed etiam fronte maris minus angusta, oculis distincte remotioribus.

Sp. Rufipalpis Macquartii ab ista satis diversa, et generi Onesiæ non Polleniis adscribenda, ut exemplar cum schœda ab ipso auctore scripta me docuit.

Unicum marem possideo, dono acceptum D[i] Marietti mediolanensis, in alpibus Insubriœ captum.

Sp. 2. P. Azurrea *Fal. Mgn. Zett.* (exclus: Sinon Macq:) Sordida ? *Zett.*

V. Descript: in op: Zett: ex qua cognoscitur Sp. Azurream diversam esse a Sordida, palpis nigrioribus, et præsertim callyptris fuscanis. Sed palporum nota parum determinata et callyptrorum parum stabilis, ideo dubitanter in Synonimis primæ aliam locavi.

Nota tamen in exemplaribus collectionis meæ unius et alterius Sp: fœminam nullam extare callyptris manifeste fuscis, sed in speciminibus masculis alia squamas tam superas quam inferas fuscanas præbere, et duo omnino albas, inde dubitare possum fœminas Azurreæ nondum captas a me fuisse, dum uterque sexus Sordidæ possideo, qua ratione species distinctas esse, quamvis non certe, nunc retinendum.

Sp. Azurrea Macquartii alia et distinctissima, Onesiis vel Calliphoris referenda, sed in speciebus utriusque generis, confusio magna observatur in operibus Macquartii.

Azurrea Fallenii statura parum variat, sed colore et pubescentia paulo mutabilis: colore tamen magis cærulescens sequente, etiam in fœmina.

Non frequens in agro parmensi etiam apennino; legitur quoque in Italia meridionali, nam exemplar siculum a Clar Spinola olim accepi — Mares tantum observavi et legi a Martio ad Augustum.

Sp. 3. P. Sordida *Zett.*

V. descript. in op. ejusd. auctoris.

Palporum colore minus nigro seu fusco ægre distinguenda a præcedente, sed callyptris omnino albis facile dignoscitur. Color in hac magis virescens, præsertim in fœmina, quam in specie azurrea.

Non rara in agro parmensi, præsertim tempore verno, mas tamen minus frequens — In Pedemontio quoque lecta ab Eq: Truqui.

Sp. 4. P. Pulvillata *Mihi* — Long. (maris) *Mill.* 9-10.

Mas: nigricans — *Caput* grisescens genis rufescentibus — *Oculi* in fronte subcontigui — *Frons palpi* et *Antennæ* nigricantes, istis paulo rufo-tinctis ad conjunctionem articuli tertii cum secundo. — *Thorax* grisescens, vittis tribus latis nigris, antice distinctioribus, intermedia sub triplicata — *Scutellum* nigro-nitidum — *Abdomen* nigro-nitidum in ceruleum aliquantulum vertente, grisei paulo adspersum præsertim ad latera,

sed non neque dilute tessellatum — *Callyptra* luride fusca — *Alæ* paulo fuscescentes, saltem ad basim et costam: vena transversa exteriori sinuosa: quinta longitudinali supra cubitum paulo intus flexa, et sejunctim a quarta costalem attingente — *Pedes* nigri, pulvillis et uncis tarsorum distincte longioribus pulvillis aliarum specierum.

Mares tantum nonnullos legi mensibus 9bre et xbre, in collibus agri parmensis.

Sp. 5. P. Violacea *Macq.*

Lanio ? *Fab. Pnz.* (non *Mgn.* nec *Macq.*) Atramentaria ? *Mgn.*

Maris Descript. V. in op. Auctoris ejusdem S. a B., in qua non loquitur de lanugine thoracis, nec de distantia oculorum, ideo dubitanter referenda sectioni in qua eam locavi ; si Thorax tomentosus tunc facile varietas est *Lanionis* veræ Fabricii vel'*Atramentariæ* Mgn.

A me non observata, sed inter nostrates hic posita, quia siciliam habitat, ubj eam legit Lefebvre, teste Macquart.

Sp. 6. P. Vespillo *Mgn. Macq.* (exclusa Synon; *Fabr.*) Nitens *Zett. Walk.*

V. Descript. in op. Zetterstedtii Sp. *nitentis*, cujus nomen novum recte a clar auctore, illo *Vespilloni* substitutum, quando

species duæ sic noncupatæ in unico genere (Musca) conjunctæ erant. Sed nos genere *Onesia* Desv. adoptato, cui pertinet M. Vespillo Fabricii, aliæ Vespilloni Meigenianæ, in *Polleniis* inscriptœ antiqum vocabulum servare debemus.

Statura satis variat, et parum colore, tamen specimina aliqua legi, semper abdominis nigredinem magis cærulescentem quam olivaceam prœbentia, et simul staturam satis minorem, quæ facilius speciem diversam indicant, et si speciei certe distinctæ pertinent, ista *Nitidula* nuncupanda.

Uespillo Meigenii, cum varietatibus, frequens in tota Italia etiam insulari, fere in toto anno entomologico.

Sp. 7. P. Levis. *Mihi.* — Long. *Mill.* 8-10.

Similis habitu, statura, et colore abdominis subnudi et nitidi Sp: Vespilloni Meigenii, seu Nitenti Zetterstedtii, sed ab eadem sat distincta, præsertim *venis longitudinalibus* alarum quarta et quinta conjunctis paulo ante costalem, et *palpis* saltem extrinsecus manifeste rufis.

Sp. rarissimo lecta primo vere in planitie agri parmensis, et semel ab Insubria missa a D. Turati Zoologo mediolanensi.

Sp. 8. P. Paupera *Mihi.*

Lanio *Mgn. Macq*: (non *Pnz.* nec *Fabr.*)

Atramentaria *Zett.* (non *Mgn.* nec *Macq.*)

V. Descript. Atramentariæ in op. Zetterstedtii, qua patet speciem hanc diversam esse ab alia sic nuncupata a Meigenio et Macquartio, cujus abdomen cœrulescens, non ut in ista nigro-olivaceum.

Lurida nostra Lanioni melius referenda Meigenii, et Macquartii, sed nomen istud ipsæ non convenit, quia Lanio Panzerii et Fabricii distinctissima est, præsertim abdomine Cæruleo, quod spectat Atramentariæ auctorum præcedentium.

Ideo nomen Lanionis jam pro alia specie adhibitum mutandum erat ut feci.

Lanio verà nondum in Italia capta, nisi varietas est ejusdem, *Violacea* Macquartii, in Sicilia inventa.

Lurida sat frequens in tota Italia, a Pedemontio ad Melitam — In Agro parmensi a Februario ad Xbrem legitur.

Sp. 9. P. Rudis. *Fabr. Fall. Mgn: Desv. Macq. Zett. Walk.*
Olivacea et Recta *Macq:*
Pumila, Floralis, Bicolor. *Desv. Macq.*
Varia Depressa *Mgn.*

Nisi omnes certe plures specierum istarum varietates esse credam Rudis typicæ donec melius descriptæ sint, et earum differentiæ cognoscantur, minus ineptæ et instabiles.

V. Descript: in op; Zetterstedtii.

Species maxime variabilis, statura, pictura abdominis, et etiam directione venarum alarium.

Vulgaris in tota Italia et fere in toto anno entomologico.

Sp. 10. P. Flavipalpis *Macq. Mgn.* 7.

V. Descript. in opere Macquartii S. a B. cui adde.

(Mas) *Genæ* subflavescentes — *Arista* nigra — *Vena transversa* exterior valde sinuosa: *quinta* longitudinalis supra cubitum intus satis incurvata — *Callyptra* plus minusve fusco-flavida præsertim in mare — *Pedes* toti nigri, pulvillis tarsorum etiam in mare parvis.

Rara in agri parmensis collibus tempore æstivo.

Sp. 11. Ruficrura *Mihi.* —— Long. *Mill.* 8-9.

Similis præcedenti, *palpis* et *antennis* testaceis præter alias notas minoris prætii, sed statim dignoscenda colore *tibiarum* et *coxarum* determinate testaceo.

Statura tamen paulo minor — *Alæ* magis limpidæ — color *genis* albidior et.

Mares duo tantum lecti tempore autumnali, in collibus agri parmensis.

Gen. 4. PYRELLIA. *Desv. Mgn. Zett. Rndn.*
Lucilia. *p. Macq:*
Musca *Lin. Rossi. Fabr. Fall.*

Char. Gener.

Oculi nudi vel subnudi, (*) in fronte maris subcontigui — *Antennæ* modice elongatæ, articulo tertio circiter triplo longiore præcedente: arista superne et inferne fere usque ad apicem plumata — *Genæ* ante oculos non setulosæ: mento parum sub oculos descendente. — *Alarum* vena secunda longitudinalis vix producta ultra transversam anteriorem: quinta late arcuatim, non angulatim cubitata, et sejunctim a quarta costali producta: transversa exterior circiter æquidistans ab interiori et a curvatura quintæ longitudinalis — *Abdomen* apice tantum setulosum alibi brevissime hirtulum — *tibiæ intermediæ* setis validis non nullis intus præditæ, præter setas posteriores et exteriores — *Unci* et *pulvilli* tarsorum etiam in mare parvi.

Spec. Italicæ

A. *Cicatrices* **pleurarum nigricantes.**

B. *Thorax* **antice Vittis sub albidis signatus.**

Sp. 1. **Serena** *Mgn*

(*) Species oculis pilosis nondum apud nos lectæ, sed generi diverso, forte sequenti, juxta nostram ordinationem referendæ si pili oculorum sat distincti, sed si brevissimi, facilius varietatibus Serenæ vel Cadaverinæ adscribendæ, quia etiam in illis, ad lentem sat validam, oculi pubescentes observantur.

BB. *Thorax* antice non albidi vittatus.

Sp. 2. CADAVERINA *Lin.*

AA. Cicatrices sub-humerales albicantes.

Sp. 3. SUDA *Mihi.*

Observat: et Synon.

Sp. SERENA *Mgn. Macq. Zet. Walk.*

VIOLACEA ? *Macq. Mgn.* — CYANICOLOR ? *Zett.*

V. Descript. in op: Zetterstedtii, cui adde.

Cicatrices sub humerales nigricantes *Alarum* vena transversa exterior subœque distans ab interiori et a curvatura quintæ longitudinalis.

Sp. Violacea Macq: sed etiam Cyanicolor Zett. ni fallor varietates sunt Serenæ; saltem characteres distinctivi allati eas non sufficienter separant.

Color violaceus, forte ut in Luciliis observavi, œtatis tantum junioris indicium est.

Rara in agro parmensi, tempore œstivo.

Sp. CADAVERINA *Lin: Fabr: Rossi: Mgn: Macq: Zett: Walk. Rndn:* —

USTA. IGNITA. CALIDA. CUPREA. *Desv. Macq. Mgn.* 7.

V. Descript. in op. Zetterstedtii, cui adde.

Cicatrices sub humerales nigricantes — *Alarum* vena transversa exterior, paulo magis distans ab interiori quam a curvatura quintæ longitudinalis.

Colore satis variat, inde species Desvoidyi a Macquartio adoptatæ.

Vulgaris in agro parmensi a Majo ad Augustum — In Etruria quoque lecta a D^e Piccioli, et in Insubria a Com^e D'arco.

Sp. 3. P. SUDA *Mihi.*

Species facilius cum varietatibus Cadaverinæ prius confusa, sed facillime distinguenda cicatrices sub-umerales in ista observando manifeste albicantes non nigricantes, et abdomen quoque distinctius hirtum.

Præterea statura angustiore, *alis* præsertim ad costam fuscioribus — *Callyptris* masculorum plus minusve fuliginosis etiam dignoscitur.

Colore ut præcedentes sat variabilis.

Non infrequens a Majo a 7brem in planitie et collibus agri parmensis — A Venetiis marem olim accepi a Com^e Contarini.

Genus 5. DASIPHORA *Desv. Rndn.*

Cyrtoneura *Macq. Mgn*: 7. *Zett.* — **Musca.** *Fall: Walk.* — **Anthomya** *Wdm.*

Char. Gen:

Oculi hirti, in fronte maris valde approximati — *Antennæ* cum *arista* ut in genere præcedente — *Genæ* ante oculos non setulosæ — *Alarum* vena secunda longitudinalis satis producta ultra transversam anteriorem: quinta late arcuatim flexa, et sejunctim a quarta costalem attingens: transversa exterior magis distans ab interiori quam a curvatura quintæ longitudinalis — *Abdomen* margine postico segmentorum setulosum — *Tibiæ* intermediæ setis aliquibus validis iutus præditæ, præter setas exteriores et posteriores — *Pulvilli* et *unci* tarsorum in utroque sexu subœquales, non elongati.

Species Italicæ

A. *Corpus* nigro-sub œnescens vel sub virescens, non sub cœruleum — Metatarsi postici subtus dente setuloso non manifesto ad basim.

B. *Calyptra* etiam in mare alba.

Sp. 1. Pratorum *Mgn.*

BB. Callyptra plus minusve infuscata, præsertim in mare.

Sp. 2. Saltuum *Mihi.*

AA. *Abdomen* ut alibi nigro-subcœrulescens, non sub œneum nec subviresceus. — Metatarsi postici dente ad basim instructi distincte porrecto, setuloso.

Sp. 3. VERSICOLOR *Mgn.*

Observat: et Synon;

Sp. 1. D. PRATORUM *Mgn. Macq. Rndn.*

AGILIS *Desv.*

V: Descript. in op: Meigenii cui adde.

Cicatrices sub humerales albicantes — *Halteres* lutescentes — *Oculi* in mare proximi, sed orbitis albidis non satis angustis sejuncti. — Venter cinerascens etc.

Vulgaris in tota Italia — Parmæ legitur a Februario ad 8ctobrem.

Sp. 2. D. SALTUUM *Mihi.*

Similis pratorum sed certe diversa, et distincta. Statura breviore — *Callyptris* præsertim squama infera plus minusve fusco lutescentibus, et magis in mare — *Vena quinta* longitudinali arcu regulari flexa, et non sub cubitata ut in præcedente, — et fronte maris distincte angustiore, orbitis linearibus et non paulo latiusculis ut in Pratorum.

Non frequens in agro parmensi tempore verno — In Insubria etiam lecta a Com; D' Arco, et prope Neapolim a Prof. A: Costa.

Sp. 3. D. Versicolor *Mgn.*

V. Descript. in opere ejusdem auctoris, cui adde.

Oculi maris satis proximi, orbitis fere sic angustis ut in Saltuum; et distincte minus latis, orbitis *pratorum*, cui tamen in aliis similis, excepto colore corporis, et magis abdominis, nigro cyaneo, non virescente nec œnescente — Ab omnibus tamen distinctus dente infero in metatarsis posticis.

Marem unicum possideo olim a Cl° De Cristoforis missum, forte in alpibus Insubriæ captum.

Gen. 6. MESEMBRINA. *Mgn. Desv. Macq. Zett. Rndn.*
Musca. *Lin. Fall.* — **Eristalis** *Fabr.* — **Syrphus.** *Pnz.*

CHAR. GEN.

Oculi nudi, in fronte maris vel subcontigui vel modice seu parum remoti — *Antennæ* longitudine media, articulo tertio circiter trilongiore secundo: arista superne et inferne plumata. — *Genæ* ante oculos non setulosæ, mento piloso — *Palpi* majusculi subclavati — *Vibrissæ* plures — *Alarum* vena secunda longitudinalis valde producta ultra transversam anteriorem et fere usque contra exteriorem elongata; quinta late arcuatim flexa, et sejunctim a quarta costali producta: transversa exterior magis distans ab interiori quam a curvatura quintæ longitudinalis — *Abdomen* non setulosum sed pilis magis vel minus longis vel brevibus et crebris instructum — *Tibiæ* intermediæ setis validis non nullis intus munitæ, præter setas posteriores et exteriores *Unci* et *pulvilli* tarsorum in mare mediocres, in fæmina parvi.

SPECIES ITALICÆ

A. ***Callyptra*** **nigra —** ***Palpi*** **rufi —** ***Abdomen*** **postice luteo vel rufo-pilosum.**

B. ***Scutellum*** **nigro-hirtum.**

Sp. **MYSTACEA** ***Linn.***

BB. *Scutellum* flavo-pilosum.

C. *Abdominis* segmenta tria ultima luteo-pilosa — *Pleuræ* non luteo-hirtæ.

Sp. 2. MATUTINA *Mihi.*

CC. *Abdominis* segmenta duo tantum luteo pilosa — *Pleuræ* luteo-hirtæ.

Sp. 3. VESPERTINA *Mihi.*

AA. *Callyptra* fulva — Palpi nigri — *Scutellum Pleuræ* et *Abdomen* pilis luteis destituta.

Sp. 4. MERIDIANA *Lin.*

Observat: et Synon:

Sp. 1. M. MYSTACEA *Lin. Fall. Desv. Macq. Mgn. Zett.* — APIARIUS *Fabr.* — APIFORMIS *Pnz.*

V. Descript: in opere Zetterstedtii.

Arista rachide sub fulva — Tarsi anteriores in mare articulis apicalibus sub fulvis.

Non raro in alpibus lecta, Pedemontii a Mussino et Bellardi, Insubriæ a Villa et Galeazzi, Tyrolis a De-Bertolini et Strobel.

Sp. 2. MATUTINA *Mihi.*

MYSTACEA (Var) *Macq.* (in scheda)

Quamvis unicum exemplar fœmineum mihi notum sit, hujus Mesembrinœ, in pluribus simile fœminæ Mistaceæ,

tamen differre ab hac, et speciei distinctæ eum referendum esse puto, quia non salum *thoracem* etiam postice in dorso, sed etiam *scutellum* totum flavidi hirtum prœbet· non ut in alia nigro-hirtum: et *abdominis* pili albido-lutescentes, in nostra, non solum tegunt segmenta duo apicalia sed etiam fere totum secundum: quo ultimo charactere, a sequente distincta cognoscitur.

In Gallia boreali lecta et mihi transmissa a clar. Macquartio

In nostratibus locavi, quia facilius in montuosis Italiæ elatioribus cum Mystacea invenienda.

Sp. 3. M. Vespertina *Mihi.*

Etiam istius fœminam tantum observavi similem iterum *Mistaceæ* ideoque etiam *Matutinæ* proximam, tamen ab utraque distinctam esse cogito.

A prima difert thoracis dorso toto etiam postice et scutello lutei hirto, et *pleuris* etiam pallide lutei pilosis.

A secunda pilis lutescentibus *Abdominis* segmenta tantum duo apicalia tegentibus, et *pleuris* lutei pilosis.

Cœtera circiter ut in duabus præcedentibus.

In alpibus Insubriæ lecta et olim mihi transmissa a D.° Marietti entomologo mediolanensi.

Sp. 4. M. Meridiana *Lin. Fabr. Fall. Desv. Macq. Mgn. Zett. Walk. Rndn.*

V. Descript. in op. Zetterstedti, cui adde.

Abdominis latera in mare, et *scutellum* in utroque sexu sœpe rufescunt.

Vulgaris in tota Italia etiam insulari a Martio ad Octobrem

NOTA) Species duæ vivunt in Europa boreali, *Intermedia* Zett. et ***Resplendens*** Walb: quæ nondum inventæ fuerunt in plagis nostris, ambæ sectioni pertinent **AA**. *Squamis* calyptrorum fulvis et *palpis* nigris distinctæ, indæ *Meridianœ* non præcedentibus proximæ, et ab hac ultima sic distinctæ, præter alios characteres.

a -- *Arista* rachide rufa. — MERIDIANA *Lin.*

aa — *Arista* rachide nigra.

b — *Facies* aurea — INTERMEDIA *Zett.*

bb. — *Facies* argentea – RESPLENDENS *Walb.*

Gen. 7. CYRTONEURA. *Macq. Mgn.* 7. *Zett. Rndn.* **MUSCA** *Fall. Mgn.* 5. *Walk.* — **ANTHOMYA** *p. Mgn. Wdm.*

CHAR: GENER.

Oculi nudi, in fronte maris sub contigui, in fœmina distantes — *Antennæ* contra nisi sub medium oculorum orientes, articulo tertio circiter trilongiore secundo: *Arista* superne et inferne usque

prope apicem plumata — *Genæ* ante oculos nudæ, mento piloso, vel setuloso — *Vibrissæ* majores duæ tantum — *Palpi* validiusculi - *Alarum* vena secunda longitudinalis parum producta ultra transversam anteriorem: quinta vel latissime arcuatim, vel vix paulo flexa versus apicem — *Abdomen* pilosulum, lateribus et apice parce setulosum — *Tibiæ* intermediæ retro et extra sed non intus setis distinctioribus præditæ — *Pulvilli* et *unci* tarsorum in mare mediocres, in fœmina parvi.

SPEC: ITALICÆ

A. ***Vena transversa*** **exterior fere æquidistans ab interiori et a curvatura quintæ longitudinalis — *Scutellum* etiam apice nigricans.**

B. ***Tarsi*** **postici maris inferne non ciliati sed brevissime tantum setulosi ut in ♀.**

C. ***Tibiæ anticæ*** **maris retro non hirtæ, et extrinsecus non setosæ.**

Sp. **1. HORTORUM** ***Fall.***

CC. ***Tibiæ anticæ*** **maris retro pilosæ, et extrinsecus setosæ.**

Sp. **2. PILIPES** ***Mihi.***

BB. ***Tarsi postici*** **maris inferne ciliati, distinctissime.**

Sp. **3. CURVIPES** *Macq.*

AA. ***Vena transversa*** **exterior satis proxima interiori, inde distans a curvatura quintæ longitudinalis — *Scutellum* apice rufescens.**

D. *Palpi* testacei — *Vena quinta* longitudinalis versus apicem distinctissime sursum flexa.

E. *Pedes* toti nigri.

Sp. 4. PASCUORUM *Mgn.*

EE. *Pedes* partim testacei.

Sp. 5, STABULANS *Fall.*

DD. *Palpi* nigricantes — *Vena quinta* longitudinalis vix ad apicem sursum flexa.

Sp. 6. ASSIMILIS *Fall.*

Observat: et Synonim:

Sp. 1. C. HORTORUM *Fall: Mgn: Macq: Zett: Walk.*

V. Descript. in op: Zetterstedtii, cui adde.

Tibiæ anticæ etiem maris intus non villosæ, et extrinsecus setis distinctioribus nullis nec antice nec ad latera, apicalibus exceptis.

Tibiæ posticæ intus setulis exilibus extra validiusculis in medietate apicali instructæ.

Vulgaris a Iunio ad Octobrem in agri parmensis planitie et collibus.

In Pedemontio Bellardi, Venetiis Contarini, in Agro Tridentino, De Bertolini etiam legerunt.

Sp. 2. Pilipes *Rndn.*

Mas habitu et statura parum diversus a maribus præcedentis, a quibus tamen distinctissimus characteribus pedum anticorum, nam in hac Specie *Femora* antica inferne pilis crebris barbata, non serie setarum ciliata ut in aliis observatur. — *Tibiæ* vero intus pilis non longis sed crebris hirtæ non subnudæ, et in latere exteriori setis validis nonnullis armatæ sunt, dum apicalibus exceptis, tibiæ anticæ in Sp. Hortorum setis carent.

Tibiæ posticæ etiam in mare nostro paulo incurvatæ videntur.

Fœminas non vidi; an confusæ cum fœminis præcedentis?

Oculi aliquando ad lentem validam pubescentes videntur.

Mares aliquos legi a Majo ad 7brem in planitie et collibus agri parmensis et aliud in Apennino mense Augusto — In Etruria quoque mas lectus a Doct. Piccioli et in Brixiano agro a Tacchetti.

Sp. 3. C. Curvipes *Macq. Mgn: Zett:*

V. Descript: in op; Zetterstedtii.

Mas distinctissimus metatarsis posticis subtus rigide ciliatis, sed fœmina egre distinguenda a fœminis præcedentium

In Italia nondum capta. sed non difficile invenienda, ideo hic notata.

Sp. 4. C. Pascuorum *Mgn: Macq: Rndn: Zett:*

V. Descript. in op. Zetterstedtii, cui adde.

Abdominis latera in mare sœpe fusco-rufescentia — *Vena* transversa exterior longa fere ut distantia ab interiori.

A Sp. *pabulorum* Fall; difert tantum colore corporis magis cœsio, quam olivaceo, abdomine sub immaculato leviter tantum glauco micante.

Frequens in agro parmensi a Martio ad 7brem — In Insubria qnoque lecta a Prof. Erra.

Sp. 5. C. Stabulans *Fall: Mgn: Desv: Macq: Zett: Walk.*
Cinerascens *Wdm.*

V. Descript: in opere Zetterstedtii, cui adde.

Maris abdomen ad latera sœpe fusco-rufescens — *Vena* transversa exterior fere longa ut distantia ab interiori.

Vulgatissima in tota Italia etiam insulari, usque ad Melitam.

Sp. 6. C. Assimilis *Fall. Mgn.* 5. *Zett.*
Aperta *Macq.*

V. Descript: in opere Zetterstedtii.

A Cæsia Meigenii tantum difert colore corporis magis nigricante, quam cœsio, et *oculis* maris propinquis.

Vena quinta longitudinalis paulo undulata, et apicem versus vix sursum flexa.

Frequens in agro parmensi ab Augusto ad Octobrem præsertim in collibus et montuosis.

Gen. 8 GRAPHOMIA. *Desv. Rndn.*

Cyrtoneura *Macq: Mgn.* 7 *Zett.*

Musca *Lin: Fabr: Fall: Mgn:* 5. *Walk.*

Char: Gen

Oculi hirti, in fronte maris subcontigui — *Antennæ* supra medium oculorum manifeste orientes, breves, distantes, articulo tertio angusto, quadruplo circiter longiore secundo: arista superne et inferne usque prope apicem plumata — *Facies* inter antennas elevata — *Oris* margines inferne crebre pilosi, non serie setarum ciliati — *Alarum* vena quinta longitudinalis arcuatim flexa, et in costali sat distans a quarta: secunda satis producta ultra transversam interiorem. — *Abdomen* maris pilosum non setulosum; fœminæ brevissime hirtum — *Pedes* parce setulosi; tibiis intermediis intus non setigeris; *pulvillis* tarsorum et *uncis* in mare paulo majoribus.

Spec. Italica unica — 1. Maculata *Lin.*

Observat: et Synon.

Sp. 1. G, Maculata *Lin. Fabr. Fall. Mgn. Desv. Macq. Zett. Wvlk. Rndn.*

Vulpina (mas) *Fabr.*

V. Descript: in opere Zetterstedtii.

Masculi exemplar possideo triplo et ultra minore statura ordinaria — Vulgaris in tota Italia — Parmæ legitur a Majo ad 7brem.

Gen. 9 MYOSPILA. *Rndn.*

Cyrtoneura *Macq: Mgn: Zett.* — **Musca.** *Fabr. Rossi. Pnz. Fall: Mgn. Walk.*

Char. Gener.

Oculi hirti, in fronte maris subcontigui — *Antennæ* breves contra non supra medium oculornm insertæ, basi non distantes, articulo tertio triplo circiter longiore præcedente — Facies inter anten-

nas non elevata — *Oris* margines inferne serie setarum ciliati — *Alarum* vena secunda longitudinalis vix ultra primam transversam producta: quinta prope apicem tantum sursum flexa — *Abdomen* ad latera et apice setosum — *Tibiæ* iatermediæ setis intus destitutæ — *Pulvilli* in masculis paulo majores.

SPECIES ITALICA unica — 1. MEDITABUNDA *Fabr.*

Observat: et Synon;

Sp. 1. **M. MEDITABUNDA** ***Fabr. Rossi. Pnz. Fall. Mgn. Macq: Zett. Walk. Rndn.***

V. Descript: in opere Zetterstedtii.

Vulgaris in tota Italia etiam insulari. — Parmæ legitur ab Aprile ad 7brem.

Gen. 10. MUSCA *Lin. et fere auctores omnes.*

Cyrtoneura *p. Zett.* — **Byomya** *p. Desv.*

Char. Gen:

Oculi nudi, in fronte maris vel subcontigui vel parum sed paulo reremoti — *Antennæ* contra medium oculorum insertæ, modice elongatæ, articulo tertio triplo circiter longiore secundo, arista superne et inferne subæque pilosa — *Oris* margines subtus breviter setulosi. *Alarum* veua secunda longitudinalis parum producta ultra transversam anteriorem; quinta angulo rotundato cubitata, et sejunctim a quarta costalem attingens: transversa exterior magis distans ab interiori quam a cubito quintæ longitudinalis, et fere longa ut distantia a cubito ipso — *Abdomen* pilosum et exiliter setulosum — *Tibiæ* intermediæ intus non setigeræ — Pulvilli in mare paulo longiores.

Spec. Italicæ

A. *Abdomen* etiam basi et in medio pilosum vel setulosum *Callyptra* sordide albida vel lutescentia, non ferruginea (in mare).

B. *Alarum* vena transversa exterior magis distans ob interiori quam a cubito quintæ longitudinalis.

C. *Oculi* maris in fronte subcontigui, fœminæ distantes sed vitta intermedia non amplissima, circiter lata ut orbitæ.

Sp. 1. Corvina *Fabr.*

CC. Oculi maris modice remoti, fœminæ sat distantes et vitta frontali amplissima, orbitis angustis.

Sp. 2. DOMESTICA *Lin.*

BB. Vena transversa exterior œquidistans ab interiori et a cubito quintæ longitudinalis.

Sp. 3. TEMPESTIVA *Fall.*

AA. *Abdomen* apice tantum paulo pilosum, in medio et basi nudum nitidum. — *Callyptra* maris ferruginea.

Sp. 4. GYMNOSOMÉA *Mihi.*

Observat. et Synon.

Sp. 1. M, CORVINA *Fabr. Fall. Mgn. Desv. Macq. Zett. Walk.* AUTUMNALIS *Desv.* — NIGRIPES *Pnz.*

V. Descript. in opere Zetterstedtii.

Statura satis variat. Oculi in aliquo exemplare minus arcte subcoherentes.

Vulgaris in tota Italia ab aprile ad octobrem, in nemoribus, sepibus, viis etc. se non domi.

Sp. 2. M. DOMESTICA *Lin.* et omnes auctores.

(Maris var) AURIFACIÉS *Macq. Desv.* — BOVINA *Macq.*

(Fœm) RIPARIA. CAMPESTRIS *Desv. Macq.* — LATERALIS *Macq.*

Species hic notatæ Desvoidyi et Macquartii varietates esse cogito M. Domesticæ, quia characteres quibus distinctæ fuerunt instabiles cognovi. Color rufescens vittæ frontalis et genarum magis œtatis juvenilis quam specierum differentia consideranda, et color testaceus ad latera abdominis nunc magis nunc minus latus vel vix distinctus aliquando in masculis, sœpius in fœminis. Flavescentia frontis et genarum gradatim in exemplaribus diversis ad albidum transit; quæ observationes institutæ a me fuerunt, imaginibus pluribus studendo, simul a larvis, in quisquiliis viventibus, ortis.

Omnibus nota. ubique in domibus vulgatissima.

Sp. 3. N. TEMPESTIVA *Fall. Mgn. Zett.*.

CARNIFEX. et STIMULANS *Desv. Macq.* — NANA*? Mgn.*

V. Descript: Cyrtoneuræ tempestivæ in opere Zetterstedtii, quæ tamen generi hoc Macquartii non referenda, quia vena quinta longitudinalis in hac angulo rotundato, seu non distincte arcuatim flexa.

Vulgaris in tota Italia, hominibus et brutis molesta.

Sp. 4. M. GYMNOSOMÈA *Mihi.* — Longit. *Mill.* 4.

(Maris) *Caput* cum genis albidi-sericeum fronte angustissima sublineari. — *Thorax* cum scutello nigro-nitidissimus.

subcœrulescens, grisei vix vittatus — *Alæ* limpidæ, venis præsertim anterioribus lutescentibus: transversa exteriore paulo magis distans ab anteriori quam a cubito quintæ longitudinalis — *Callyptra* ferruginea — *Abdomen* testaceo diaphanum, nitidum, apice tantum et signatura aliqua nigricantibus, basi et in medio nudum vel subnudum et paulo in dorso convexum circiter ut in Gen: Gymnosoma, apice tamen pilosulo. — *Pedes* ut *Antennæ* nigri.

(Fœmina) Grisea, *fronte* lata, vitta intermedia nigra orbitis sub-angustiore — *Callyptra* albida — Thorax nigri subvittatus. — *Abdomen* paulo lutescente sub translucidum.

Difert a Plaxemya Vitripenni fere habitu similis istæ. oculis omnino nudis non tomentosis et vitta frontali sat angustiore etc.

Exemplar unicum masculum et duo fœminea a D° Shembri missa fuerunt, in insula Melita capta.

Genus 11. PLAXEMYA. *Desv. Rndn.*

Musca. *Mgn. Macq. Walk.*

Car. Gener.

Oculi in mare hirti, in fœmina tomentosi — Frons maris modice lata non angustissima; fœminæ latissima — *Vena quinta* alarum longitudinalis sub-arcuatim, seu angulo satis rotundato flexa — *Arista* inferne pilis paucis radiato-pilosa; cætera fere ut in genere Musca.

Species Italicæ.

A. ☿ *Abdomen* segmentis intermediis haud nigro-marginatis.

Sp. 1. **Vitripennis** *Mgn.*

AA. ☿ *Abdomen* segmentis intermediis nigro limbatis.

Sp. 2. **Phasiæformis** *Mgn.*

Observat: et Synon.

Sp. 1. **P. Vitripennis** *Mgn: Macq: Walk: Rndn.*

Sugillatrix *Desv.*

V. Descript. in opere Macquartii S. a B. cui adde.

Palpi nigri — *Scutellum* thorace concolor — *Callyptra* non raro paulo lutescentia — *Venæ alarum* maxima parte

lutescentes: transversa exteriore magis distante ab interiori, quam a curvatura quintæ longitudinalis — *Abdominis* segmenta intermedia haud nigro limbata.

Fœmina characteribus hisce dignoscenda.

Frons lata cinerascens — *Oculi* vix tomentosi non distincte pilosi — *Vitta frontalis* amplissima orbitis angustis — *Thorax* cinerascens vittis quatuor nigris plus minusve manifestis. — *Abdomen* griseum basi nigro-nitidum — Callyptra alba. —

Vulgaris in tota Italia, etiam insulari.

Sp. 2. P. Phasiæformis *Mgn. Macq.*

V. Descript. in opere Macquartii S. a B., cui adde.

Maris unici a me observati, *Abdomen*, ad latera paulo testaceum sub-translucidum, sed præcipue distinctio maris istius ab illo præcedentis, suturis segmentorum nigricantibus innititur.

Fœminæ oculis, ut in sp. Vitripenni non hirtis sed vix tomentosis, distinctæ sunt, et abdomine suturis nigris, et vitta frontali angustiore, a fœm. prœc: dignoscendœ.

In agro parmensi raro lecta tempore præsertim autumnali.

Stirps XVI. STOMOXIDINÆ.

Gen: 1. STOMORHYNA. *Rndn.* — Prod. T. IV.
Idia *Mgn. Desv. Macq. Zett. Rndn.* Prodr. T. I.

Char. Gen.

Oculi nudi, in fronte maris subcontigui, in fæmina distantes — *Antennæ* sub medium oculorum insertæ, breviusculæ, articulo tertio fere triplo longiore præcedente — *Arista* superne tantum ciliata — *Epistomium* porrectum, subrostriforme — *Proboscis* vix ultra epistomium porrecta, et apice subtus labiata. — *Alarum* vena quinta longitudinalis sub-arcuatim, vel cubito rotundato flexa, et sejunctim a quarta costalem attingens: transversa exterior magis distans ab interiori, quam a cubito quintæ longitudinalis — *Pedes* parce et brevissime setulosi.

Spec: Italica unica — 1. Fasciata *Mgn.*

Observat: et Synon:

Sp. 1. S. Fasciata *Mgn. Desv. Macq. Zett. Rndn.*

V. Descript. in opere Zetterstedtii T. XII. in qua notandum est, maculas cinereas abdominis aliquando rufescentes esse, vel posticas tantum vel rarius omnes.

Frequens in collibus agri parmensis, præsertim tempore autumnali in floribus solidaginarum legitur — In Insubria quoque inventa a Prof. Erra.

Gen. 2. STOMOXIS *Geofr. Fabr. Rossi Mgn. Desv. Macq. Zett. Walk: Rndn.* — **Conops.** *Lin.*

CAR. GENER.

Oculi nudi, in fronte maris modice, fœminæ late remoti — *Epistomium* non distincte porrectum — Proboscis cornea, ultra epistomium producta et apice subtus non labiata — Palpi exiles, non manifeste elongati — *Antennæ* supra medium oculorum orientes, articulo ultimo triplo circiter longiore præcedente — *Arista* superne tantum radiata — *Alarum* vena quinta longitudinalis sinuata, seu latissime arcuatim flexa, et longe a quarta costalem attingens — *Pedes* brevissime setulosi.

SPECIES ITALICA unica — 1. CALCITRANS *Lin.*

Observat: et Synon.

Sp. 1. CALCITRANS *Lin. Fabr: Rossi. Mgn. Desv. Macq. Zett. Walk. Rndn.* — ACULEATA et PUNGENS *Desv. Macq.*

V. Descript: in op; Zetterstedtii, in qua nota.

Puncta obscura *abdominis* in fœminis tantum distinctiora esse, sed etiam in hoc sexu aliquando parum perspicua, vel partim vel tota deleta.

Abdominis suturæ segmentorum in exemplaribus diversis nunc nigræ observantur, nunc parum obscuriores, nunc non distinctæ.

Species Desvoidyi *Aculeata* et *Pungens* a Macquartio adoptatæ, varietates mihi videntur Calcitrantis, maculis abdominalibus totis vel partim obliteratis etc.

Vulgaris in tota Italia et ubique, pecora et homines pungens.

Gen. 3. HÆMATOBIA. *Desv. Macq: Rndn.*
STOMOXIS *Fabr. Fall. Mgn. Zett. Walk.*

CHAR: GENER.

Oculi nudi, in fronte maris subcontigui, fœminæ distantes. — *Epistomium* non distincte porrectum — *Proboscis* subcornea, porrecta manifeste ultra epistomium, et apice subtus non labiata — *Palpi* longi fere ut proboscis, crassi, setulosi — *Antennæ* contra medium oculorum insertæ, articulo tertio circiter bilongiore secundo — *Arista* superne setis pluribus, inferne aliquibus tan-

tum et minoribus instructa. — *Alarum* vena quinta longitudinalis parum flexa, in costali longe a quarta producta — *Pedes* ut in præcedentibus.

SPEC. ITALICA unica — 1. STIMULANS *Mgn.*

Observat. et Synon.

Sp. 1. H. STIMULANS *Mgn. Desv. Macq. Zett. Walk. Rndn.* IRRITANS *Fabr.* — FEROX (fœm: var.) *Desv. Macq.*

V. Descript. in op. Zetterstedti, cui adde.

Tibiæ magis vel minus anguste rufescentes ad basim — *Callyptrorum* squamæ inferæ sordide lutescentes.

Rara in agri parmensis collibus et montuosis.

Gen. 4. LYPEROSIA. *Rndn.*

Stomoxis. *Fabr. Fall. Mgn. Zett. Walk.*
Hemathobia *Desv. Macq.* — **Conops.** *Lin.*

Char: Gen

Oculi nudi, in fronte maris distincte approximati sed non subontigui *Epistomium* non porrectum — *Proboscis* ut in Stomoxide, *palpi* ut in Hœmatobia longi et lati, tamen non ita setulosi — *Antennæ* contra medium oculorum insertæ, articulo tertio parum longiore secundo. — *Arista* tantum superne setis exilibus, longis, undulatis ciliata — Alarum vena quinta parum incurvata, minus etiam quam in gen. præcedente.

Species Italicæ.

A. *Tarsi* postici articulis non dilatatis, nec superne pilis longis præditi.

Sp. 1. Irritans *Lin.*

AA. *Tarsi* postici articulis basalibus præsertim in mare dilatatis, et superne pilis aliquibus longis præditi, in mare longioribus·

Sp. 2. Serrata *Desv.*

Observat: et Synon.

Sp. 1. L. IRRITANS. *Lin. Mgn. Macq. Zett. Walk. Rndn:* PUNGENS *Fabr.* — GENICULATA *Desv.* — TIBIALIS (var.) *Desv. Macq.*

V. Descript: in opere Zetterstedtii.

Frequens in agro parmensi, ut in aliis plagis italicis. Bobus et Equibus molesta.

Sp. 2. L. SERRATA *Desv. Macq.*

V. Descript. in opere Macquartii S. a B.

A sp. prœcedente facillime distinguenda characteribus tarsorum posticorum ut supra notatis.

Minus vulgaris L. irritante cum qua invenitur — Agri parmensis Insubriæ et Pedemontii incola, ubi a me a Com.e D' arco et D.o Mussino lecta.

GENERUM ET SPECIERUM

INDEX

DIPTEROLOGIÆ ITALICÆ

PRODROMUS

A. CAMILLO RONDANI

VOL. VI.

SPECIES ITALICÆ

ORDINIS DIPTERORUM

ORDINATIM DISPOSITÆ, METHODO ANALITICA DISTINCTÆ, ET NOVIS VEL MINUS COGNITIS DESCRIPTIS

A CAMILLO RONDANI

In R. Athæneo Parmense Professore — RR. OO. SS. Mauritii et Lazari et Coronæ Italiæ Equiti — R. Lycei Technici Præside — Societatis italicæ entomologicae Pro-Præside — et pluribus Accademiis scientiarum Italicis et exteris adscripto, etc. etc

Pars Quinta

Stirps XVII — ANTHOMYINÆ.

PARMÆ

TYPIS SOCIETATIS TYPOGRAPHORUM

1877.

Stirps XVII. ANTHOMYINAE *Rndn.*

Stirpis Char: præcipui

Antennæ triarticulatæ, præter aristam dorsualem; ista articulis duobus basalibus brevissimis, aliquando tantum secundo minus breve, tertio semper longo, setaceo, nudo, pubescente vel piloso.

Proboscis brevis fere semper subtus ad apicem in labium dilatata, raro articulo apicali mobile sub-acuminato.

Palpi non, aut parum producti ultra epistomium: istud sæpius plurisetosum, et semper vibrissis saltem duabus majusculis, normaliter extrinsecus decussatis.

Oculi in fronte maris sæpissime approximati, nisi sub-contigui, et si distantes circiter ut in fæmina, tunc *calyptrorum* squamæ inferæ superis longiores, vel *Abdominis* segmenta quatuor tantum distincta, latiuscula, non quinque aut sex.

Alarum venæ longitudinales septem, quarum quinque costalem attingentes, vel petentes; primis duabus

antice in margine divergentibus; secunda superne setulis brevibus non pectinata, rarissimo spinulis aliquibus armata; quinta extrinsecus non cubitata nec valde incurvata: venulæ trasversæ quatuor, præter brevissimam anticam prope basim, duabus discoidalibus, duabus basalibus: areolæ axillares duæ semper distinctæ et completæ.

Abdominis segmenta quatuor latiuscula, quinto basali, et sexto apicali parum observandis, ultimo tantum in maribus aliquando porrecto et crassiusculo.

Calyptra plus minusve lata, squama infera sæpius longiore supera, et quando non longiore, abdomen quatuor segmentis tantum distinctis, aut oculi maris in fronte satis proximi.

Pedes setigeri nisi setosissimi.

Generum dispositio systematica.

A. *Oculi* maris in fronte satis approximati, et si aliquando modice remoti, frons tamen angustior medietate singuli oculi.

B. *Calyptrorum* squamæ superæ inferas non omnino tegentes.

C. *Proboscis* articulo mobile, apicale, non in labium inferum dilatata.

G. I. DRYMEIA *Mgn.* 18

Sp. typ. D. hamata Fall.

CC. *Proboscis* ad apicem in labium inferum magis vel minus dilatata, non articulo mobile terminans.

D. *Femora* antica maris subtus, in parte apicali excavata vel dentata.

E. *Oculi* in utroque sexu nudi vel sub-nudi.

G. II. HYDROTÆA *Desv.* 19

Sp. typ. Anthomyia dentipes Fab.

EE. *Oculi* in utroque sexu pilosi, aliquando in fæmina tomentosi tantum.

G. III. ONODONTHA *Rndn.* 27

Sp. typ. Anthomyia ciliata Fab.

DD. *Femora* antica etiam in mare simplicia.

F. *Proboscis* ad apicem appendicibus palpiformibus instructa.

G. IV. BLAINVILLIA *Desv.* 30

Sp. typ. B. palpata Desv.

FF. *Proboscis* apici non manifeste palpigera.

G. *Epistomium* ad latera pilis crebris erectis dense barbatum.

H. *Femora* intermedia maris incurva, in medio coarctata.

Anus maris crebre et longe pilosus.

G. V. ERIPHIA *Mgn.* 31

Sp. typ. E. cinerea Mgn.

HH. *Femora* intermedia, etiam maris, forma ordinaria. *Anus* marium non crebre et longe pilosus.

G. VI. POGONOMYIA *Rndn.* 32

Sp. typ. P. alpicola Rndn.

GG. *Epistomium* etiamsi ad latera pilosum vel setigerum, tamen pilis non dense barbatum crebris et erectis.

I. *Vena* septima, seu ultima postica longitudinalis, magis vel minus abbreviata, et marginem posticum alæ non neque apice spurio attingens.

K. *Peristomium*, sub vibrissas ordinarias, breviter et crebre pilosum, vel setulosum, non macrochetis etiam armatum.

Tibiæ posticæ maris incurvæ distincte.

G. VII. OPHYRA *Desv.* 34

Sp. typ. Anthomyia leucostoma Mgn.

KK. *Peristomium* sub vibrissas ordinarias, macrochetis etiam armatum, non pilosulum vel setulosum tantum.

Tibiæ posticæ maris non distincte incurvæ.

L. *Vena spuria* axillaris contra apicem septimæ longitudinalis incurvata: ista brevissima.

M. *Tibiæ* intermediæ et posticæ setas non præbentes, apicalibus exceptis: posticæ sæpius in maribus villosæ.

G. VIII. AZELIA *Desv.* 37

Sp. typ. Musca triquetra Fall.

MM. *Tibiæ* intermediæ et posticæ distincte setigeræ: posticæ sæpius non neque in mare villosæ.

N. *Arista* nuda vel sub-nuda.

G. IX. HOMALOMYA *Bè.* 42

Sp. typ. Musca canicularis Lin.

NN. *Arista* pilosa.

G. X. PIEZURA *Rndn.* 62

Sp. typ. P. pardalina Rndn.

LL. *Vena spuria* axillaris non incurvata contra apicem longitudinalis septimæ: ista non brevissima, saltem longior distantia a margine postico alarum.

O. *Oculi* nudi.

P. *Vena secunda* longitudinalis superne spinulis aliquibus armata.

G. XI. ACANTHIPTERA *Rndn.* 64

Sp. typ. Musca inanis Fall.

PP. *Vena secunda* longitudinalis inermis.

Q. *Arista* pilosa.

G. XII. SPILOGASTER *Macq.* 65
cum **Aspilia** *Rndn.* (1)

Sp. typ. Musca pagana Fab.

---

(1) A me propositum 1866 in (Atti della Società di scienze naturali Milano) sed ab Entomologis non adoptatum. Vide notam ad Sp. *glacialem*.

QQ. *Arista* pilis destituta aut puberula tantum.

G. XIII. LIMNOPHORA *Desv.* 103
cum **Melanochelia** *Rndn.* (1)

Sp. typ. Anthomyia compuncta Wdm.

OO. *Oculi* pilosi, aut saltem in fæmina tomentosi.
R. *Vena* transversa exterior magis distans ab intermedia, quam ab apice quintæ longitudinalis.

G. XIV. POLIETES *Rndn.* 108

Sp. typ. Musca lardaria Fab.

RR. *Vena* transversa exterior magis proxima intermediæ, quam apici quintæ longitudinalis.
S. *Arista* pilosa vel pilosula.

G. XV. YETODESIA *Rndn.* (2) 110

Sp. typ. Anthomyia signata Mgn.

SS. *Arista* sub-nuda.

G. XVI. TRICOPHTHICUS *Rndn.* 145

Sp. typ. Aricia sub-rostrata Zett.

---

(1) *Notis* setarum pedum posteriorum non sufficienter distinctum?
(2) Pro *Aricia* Desv., vocabulum jam adhibitum in Zoologia, præ cæteris a Savigny, in vermibus, anno 1817: dum Genus Desvoidii anno 1830 conditum.

II. *Vena* longitudinalis septima, scilicet ultima postica, margini alarum posteriori, saltem apice spurio producta.

T. *Oculi* in utroque sexu pilosi.

G. XVII. LASIOPS *Mgn.* 145

Sp. typ. L. anthomyinus Rndn.

TT. *Oculi* nudi vel sub-nudi in utroque sexu.

V. *Arista* nuda, sub-nuda, aut vix puberula.

G. XVIII. ANTHOMYIA *Mgn.* 150

Sp. typ. Musca pluvialis Lin.

VV. *Arista* longe vel breviter sed manifeste pilosa.

G. XIX. HYDROPHORIA *Desv.* 168

Sp. typ. Musca conica Fall.

BB. *Calyptrorum* squamæ inferæ a superis omnino tectæ.

X. *Caput* non buccatum, et si raro paulo inflatum, tunc *frons* fæminæ distincte latior singulo oculo.

Z. *Arista* pilosa vel pilosula, non subnuda nec pubescens tantum.

G. XX. HYLEMYIA *Desv.* 176

Sp. typ. Musca strigosa Fab.

ZZ. *Arista* nuda, subnuda, vel pubescens tantum.
Y. *Proboscis* apici non sub-acuminata, labiis inferne distinctis.

G. XXI. CHORTOPHILA *Macq.* 196

Sp. typ. Anthomyia sepia Mgn.

YY. *Proboscis* apice sub-acuminato, labiis inferis nullis.

G. XXII. ACYGLOSSA *Rndn.* 232

Sp. typ. A. diversa Rndn.

XX. *Caput* buccatum: *frons* fæminæ angustior singulo oculo.
W. *Arista* nuda vel sub-nuda.

G. XXIII. HYLEPHILA *n* (1) 233

Sp. typ. Musca buccata Fall.

WW. *Arista* breviter sed manifeste pilosula.

G. XXIV. HAMMOMYIA *n.* 236

Sp. typ. Aricia albescens Zett.

---

(1) Forte Genus istud cum sequente conjungendum, si nota *Aristæ* parvi momonti extstimatur, et tunc nomen servandum

Hammomyia

et in synonimis locandum illud *Hylephilæ*, cujus species sectionem primam efformabunt, nuditate aristæ distinctam.

AA. *Oculi* etiam in fronte maris distantes: frons saltem latior medietate singuli oculi.

a. *Alarum* vena ultima postica non abbreviata, sed saltem apice spurio margini producta.

b. *Arista* nuda vel sub-nuda.

G. XXV. CHIROSIA *Rndn.* 238

Sp. typ. Aricia albitarsis Zett.

bb. *Arista* distincte pilosa, aut sub-plumata.

c. *Calyptrorum* squamæ sub-æque longæ.

Alæ longitudine ordinaria, et venis transversis non valde approximatis.

G. XXVI. MYCOPHAGA *Rndn.* 242

Sp. typ. Musca fungorum De G.

cc. *Calyptrorum* squamæ inferæ superis distincte longiores.

Alæ satis breviores abdomine; venis transversis valde proximis.

G. XXVII. SYLLEGOPTERA *Rndn.* 245

Sp. typ. Anthomyia ocypterata Mgn.

aa. *Alarum* vena ultima postica magis vel minus abbreviata, margini non producta.

d. *Calyptrorum* squamæ inferæ a superis omnino tectæ.

e. *Arista* pilosula: *Antennæ* flexæ angustæ, apice non sub-acuminato.

G. XXVIII. CHELISIA *Rndn.* 241

Sp. typ. Cœnosia monilis Mgn.

ee. *Arista* sub-nuda – *Antennæ* sub-erectæ, latiusculæ, apice articuli ultimi sub-acuminato.

G. XXIX. SCHŒNOMYZA *Halid.* 239

Sp. typ. Octiphila litorella Fall.

dd. *Calyptrorum* squamæ inferæ manifeste longiores superis, aut saltem limbo apicali detecto.

f. *Alarum* venula transversa intermedia contra apicem sita primæ longitudinalis, non secundæ. *Aristæ* articulus penultimus longiusculus, cum tertio subcubitatus.

G. XXX. AHTERIGONA *Rndn.* 250

Sp. typ. Musca quatuorpunctata Rossi
Cœnosia varia Mgn.

ff. *Alarum* venula transversa intermedia contra apicem sita secundæ longitudinalis, aut paulo extra. *Aristæ* articulus penultimus nec longiusculus nec cum sequente sub-cubitatus.

g. *Palpi* sub-filiformes, non in spathulam dilatato compressi.

h. *Tibiæ* anticæ et posticæ ad summum apici bispinosæ.

i. *Calyptrorum* squamæ inferæ vix limbo apicali detecto. *Abdomen* maris stilo longo apicali subtus flexo intra lobos magnos ventrales recepto — *Arista* tota pubescens.

G. XXXI. HOPLOGASTER *Rndn.* 246

Sp. typ. Cœnosia mollicula Fall.

ii. *Calyptrorum* squamæ inferæ superis distincte longiores.

k. *Venter* maris lobis validis præditum. — *Arista* plumosula.

G. XXXII. ORCHISIA *n.* 279

Sp. typ. Sapromyza costata Mgn.

kk. *Venter* maris lobis validis destitutus, vel satis parvis *Arista* pubescens.

G. XXXIII. CŒNOSIA *Mgn.* 253

Sp. typ. Musca geniculata Fall.

hh. *Tibiæ* omnes apici spinis vel macrochetis 4–5 armatæ.

l. *Arista* saltem basi plumosula — *Venter* maris lobis validis destitutus.

G. XXXIV. CARICEA *Desv.* (m: scr. N. XXXIII). 272

Sp. typ. Musca tigrina Fab.

ll. *Arista* pubescens — *Venter* maris lobis magnis præditus.

G. XXXV. MACRORCHIS *n.* 279 280

Sp. typ. Musca meditata Fall.

gg. *Palpi* in spathulam depressam plus minusve dilatati.

G. XXXVI. LISPA *Latr.* 282

Sp. typ. Musca tentaculata De G.

G. I. DRYMEIA *Mgn. Macq. Zett. Rndn. Schin.*
Musca *Fall.*

Oculi nudi, in fronte maris sub-contigui.
Antennæ breves, contra medium oculorum insertæ: arista breviter sed distincte pilosula — *Os* setis pluribus præditum.
Proboscis ad apicem non subtus labiata, sed articulo mobile sub-acuminato instructa.
Alae spinula costæ indistincta: vena longitudinali secunda non spinulosa, et costali producta contra transversam intermediam: ultima postica marginem non attingente, sed non brevissima.
Calyptrorum squamæ inferæ superis satis longiores.
Pedes femoribus anticis simplicibus; tibiis posticis etiam maris nec incurvis nec villosis: omnes ut abdomen satis setosi.

Sp. Ital: unica.

Sp. 1. D. hamata *Fall. Zett. Rndn. Schin.*
obscura *Mgn. Macq.*

Nigra, lateribus præsertim abdominis paulo cinerei adspersis.
Alae paulo fuscescentes præsertim in mare. *Calyptra* luride fuscolutea: venis longitudinalibus quarta et quinta sub-divergentibus etc.
Non infrequens in montuosis Italiæ superioris et mediæ.

G. II. HYDROTEA *Desv. Macq. Mgn. Rndn. Schin.*
Anthomyia *Mgn.* — **Aricia** *prt. Zett.*
Musca *Lin. Fall. Fab.*

Oculi nudi, vel sub-nudi, in fronte maris valde proximi — *Proboscis* labiata — *Antennae* breviusculae: *arista* tomentosa aut puberula.
Calyptrorum squamæ inferæ superis distincte longiores.
Alarum venæ ut in Gen: præcedente, ultima postica margini non producta: transversa intermedia apici opposita secundæ longitudinalis.
Pedes femoribus anticis in mare subtus denticulatis vel excavatis, tibiis propriis basi magis vel minus attenuatis, vel incisis etc.

Spec. ITALICAE

a. *Tibiae posticae* etiam maris, nec apici villosæ, nec intus penicillatæ.
b. *Venae longitudinales* quarta et quinta ad apicem paulo convergentes.
Tibiae posticae maris callo tomentoso apicali intus præditæ.
Sp. 1. DENTIPES *Fab.* 21

bb. *Venae longitudinales* quarta et quinta ad apicem non convergentes.
Tibiae posticae maris, callo tomentoso apicali destitutæ.
c. *Femora* antica maris subtus denticulo unico, simplice armata.
Sp. 2. VELUTINA *Desv.* 22

cc. *Femora antica* maris subtus bispinosa, vel bituberculata.

d. *Femora antica* maris spinulis duabus longiusculis prædita.

Tibiae intermediae nec antice, nec postice villosæ.

Sp. 3. METEORICA *Lin.* 22

dd. *Femora antica* maris subtus tuberculis duobus, instructa.

Tibiae intermediae antice et postice villosulæ.

Sp. 4. TUBERCULATA *Rndn.* 23

aa. *Tibiae posticae* maris, vel in parte apicali villosæ, vel in medio intus penicillatæ.

e. *Abdomen* utriusque sexus fuscum vel griseum, non neque in mare sub-lutescente translucidum.

f. *Femora postica* maris, subtus seta longa valida armata.

Tibiae posticae antice penicillatæ.

Sp. 5. ARMIPES *Fall.* 23

ff. *Femora* postica maris setam validam subtus non præbentia.

Tibiae posticae in eodem sexu medietate apicali antice villosa

Sp. 6. IRRITANS *Fall.* 24

ee. *Abdomen,* saltem maris, late lutescens, sub-translucidum. Sp. 7. CURVIPES *Fall.* 25

Sp. 1. H. DENTIPES *Fab. Fall. Mgn. Macq. Zett. Rndn. Schin.*
FLAVIFACIES *Desv. var.*

Nigra, *thoracis* vittis sub-cinerascentibus; *facie* albicante sericea.

Abdominis dorsum griseum, vitta intermedia nigricante.

Calyptra albicantia — *Halleres* stipite pallido, clava fusca.

Alae sub-limpidæ, in mare tamen dilute sub-fuscæ: vena transversa exteriore paulo sinuosa; intermedia perfecte apici opposita secundæ longitudinalis: quarta et quinta versus apicem paulo approximatis.

Maris *tibiae posticae* extrinsecus pilis brevibus ciliatæ, apice callo nigro tomentoso intus præditæ; femora intermedia basi subtus dense villosa.

Fæmina statura majore, abdominis colore magis nigro, et ab aliis fæminis congeneribus præsertim distinguenda, venis alarum quarta et quinta ad apicem magis et distincte convergentibus.

In Pedemontio, Insubria, Emilia, Etruria frequenter legitur, tam in montuosis quam in planitie, ab Aprile ad Augustum.

Sp. 2. H. VELUTINA *Desv. Mcqrt. Mgn. Zett. Rndn.*

Atra, *facie* obscure cinerea; *Abdomine* grisei micante, vitta dorsuali nigra; *calyptris* dilute fuscis.
Alae sub–fuscæ, vena transversa exteriore flexa.
Similis H. *meteoricae* Lin: a qua præcipue difert, femoribus anticis in mare, denticulo unico brevi instructis, non bidentatis, nec bispinosis: etiam H. *tuberculatae* proxima, sed pre cæteris distincta, tibiis intermediis nec antice nec postice villosis.
A me non observata, sed teste Macquartio in Sicilia a Lefebvre lecta.

Sp. 3. H. METEORICA *Lin. Fab. Fall. Mgn. Zett. Schin.* (*non Macq.*) *Rndn.*

Mas thorace et scutello atris, abdomine griseo vitta dorsuali nigra: Fæmina grisea, thorace nigricante vittato.
Maris Alae sub–fuscæ, *calyptra* fuscana, *Halteres* nigricantes.
Femorum anticorum spinulæ duæ longiusculæ, quarum una major infera, altera exilior supera.
Tibiae intermediæ nec antice nec postice ciliatæ.
Fœminæ Alae hyalinæ: Calyptra flavicantia: Halteres fusci.
Sp. *meteorica* Macquartii *irritanti* Fallenii adscribenda.
Non frequenter legitur in Italia superiore et media.

Sp. 4. H. TUBERCULATA *Rndn.*

Mas similis mari *meteoricæ*, sed facilius distinguendus: statura paulo majore: *abdomine* nigriore non grisescente, et paulo etiam sub–cærulescente, sed præcipue difert, femorum anticorum dentibus inferis sat brevibus, subtuberculiformibus: tibiis intermediis antice et postice pilis distincte ciliatis, tibiisque anticis a latere anteriore observatis, supra medium paulo dilatatis.

Unicum exemplar possideo a clar. Doct. Eq. Garbiglietti taurinense, in Pedemontio captum.

Sp. 5. H. ARMIPES *Fab. Fall. Mgn. Macq. Zett. Schin. Rndn.*
FLOCCOSA *Macq.* (*non Rndn.*)

Maris thorax cum scutello niger: *abdomen* griseum, vitta dorsuali nigricante.

Fœmina cinerea sub–immaculata.

Maris tibiæ posticæ ad latera, setis longis sed exilibus in seriem dispositis ciliatæ; setis circiter septem a supera longiore descendentibus: *tibiæ* anticæ extrinsecus setulis parvis seriatis, versus apicem munitæ: *abdominis* vitta nigricans dorsualis in segmento secundo dilatata — *Pedes postici* femoribus subtus in medio, seta rigida erecta armatis; tibiis propriis intus penicillatis; *pedes antici* femoribus subtus unidentalis.

Fæminæ *vitta frontalis* nigricans, cinereo-micans, macula verticis sub-nitida: *abdomen* tenuiter pilosum: *pedes* simplices.

Utriusque sexus, caput grisescens puncto supra antennas albo: *alœ* subhyalinæ; squamis *calyptrorum* sub-albicantibus: *halteres* obscure fusci etc.

H. *floccosa* Macq. referenda est nisi, fallor, *armipedi* Fabr., quia notæ unius alteræ conveniunt, exceptis tantum, seta validiore femorum in armipede, quæ aliquando flexa vel fracta et non observanda, et dente unico non duplici in eadem specie ad apicem femorum, quia attente observando etiam denticulum sat minus elevatum retro majusculum apparet.

Vide pro Sp. H. *floccosa* Rndn. (non Macq.) Onodontha penicillata.

Sp. *Armipes* non frequens in agro parmensi, et in Etruria, ubi lecta a D. Piccioli.

Sp. 6. H. IRRITANS *Fall. Mgn. Macq. Zett. Schin. Rndn.*

METEORICA *Macq.* (exclus synonim).

SCOPITARSIS *Rndn. n?*

Mas niger, *abdomine* griseo-canescente, vitta dorsuali exili nigricante. *Halteres* pallide lutei — *Squamœ* calyptrorum pallide fuscæ.

Alœ dilutissime sub-fuscanæ.

Femora antica denticulis duobus subtus instructa.

Tibiæ posticæ paulo incurvæ, intus a basi ultra medium nudæ.

Fœm. Vitta frontalis fusca, orbitis oculorum canis.

Corpus griseo–cinerascens, thoracis vestigio linearum fuscarum. — *Alae* hyalinæ, basi paulo albicante.

Calyptra squamis sub-albidis — *Pedes* simplices.

Notis istis masculorum adde sequentes a me observatæ.

Tarsi intermedii subtus longius pectinati.

Femorum anticorum dentes inferi breves, mutici non spiniformes; femora postica elongata et in medio attenuata.

Oculi ad lentem validam puberuli.

Qui characteres ab auctoribus non indicati, si in specie *irritante* Fallenii genuina non observantur, certe exemplaria a me lecta in Italia, Hydroteæ diversæ referenda, nomine distincta, ut iam proposui *scopitarsis.*

Frequens in Italia media et superiore.

Sp. 7. H. CURVIPES *Fall. Mgn. Macq. Zett. Schin. Rndn.*

Maris Thorax cum scutello nigricans, grisei paulo adspersus.

Abdomen flavo-lutescens sub-translucidum, vitta dorsuali, linea exilissima margini postico segmentorum, et apice magis vel minus late nigricantibus — Pedes nigricantes.

Alae sub-limpidæ, basi paulo lutescentes.

Calyptra dilute fusco sub–flavida — *Halteres* pallide lutei.

Femora antica a latere exteriore observata dente unico; a latere interiore dentibus duobus instructa: *femora postica* elongata, basi attenuata, sub incurva, tibiis propriis basi sat exilioribus, incurvatis, et intus in parte apicali ciliatis, fasciculo longo pilorum versus medium prædItis.

Fœmina prius non obsservata, similis mari, exceptis characteribus sexualibus frontis, pedum etc. et statura minore.

Ut in alio sexu *arista* antennarum pubescens; *facies* albicans, puncto frontali ad radicem antennarum luteo–nitido notata.

Frons in hoc sexu lata, fusco–grisea, antice paulo lutescente.

Pedes omnes simplices, nigri, parce setigeri.

Abdomen lutescens sub–translucidum, minus tamen maris.

Exemplar ♂ collectionis meæ germanicum a Clar. De Roser olim missum, et fæminæ specimen unicum obtinui a D. Fr. Mina-Palumbo in montuosis Nebrodesiis in Sicilia lectum, sed cogito in aliis regionibus appenninicis cum mare inveniendam esse, et forte etiam in alpibus, fæminam hanc, auctoribus huc usque ignotam.

G. III. ONODONTHA *Rndn.*
Hydrotea *Desv. Macq. Mgn. Schin.*
Anthomyia *Mgn.* — **Aricia** *Zett.*
Lasiops (*prt*) *Mgn.* — **Musca** *Fall.*

CHAR. GEN.

Antennae, Frons, *Alae*, *Pedes* etc. circiter un Gen: *Hydrotea*, et distinctum *oculis* tantum in speciebus Gen: nostri, distincte hirtis in mare; pilosulis vel tomentosis in fæmina.

SPECIES ITALICÆ.

a. *Tibiae* posticæ maris intus villosæ.
Venae longitudinales quarta et quinta ad apicem parallelæ in utroque sexu.
b. *Femora* postica maris subtus mucrone longo destituta.

Sp. 1. PENICILLATA *Rndn.*

bb. *Femora* postica maris subtus mucrone longo prædita.

Sp. 2. CILIATA *Fab.*

aa. *Tibiae* posticæ intus non villosæ in utroque sexu.
Venae longitudinales quarta et quinta, versus apicem paulo convergentes.

Sp. 3. CYRTHONEURINA *Zett.*

Sp. 1. O. PENICILLATA *Rndn.*
FLOCCOSA *Rndn.* (*olim*) *non Macq.*

Corporis forma et statura H. *irritanti* similis, sed statim distinguenda *oculis* in mare hirtis et in fæmina pubescentibus: *tibiisque* posticis in mare intus penicillo pilorum ornatis.

Thorax cum scutello nigricans grisei adspersus.

Abdomen fusco-griseum, vitta dorsuali nigricante exili, neque in segmento secundo dilatata.

Alae sub-limpidæ, basi paulo luride lutescentes.

Calyptra, præsertim in mare sub-fusco-lutea — *Halteres* testacei.

Maris femora antica breviter inferne bidentata; tibiis propriis basi attenuatis, sed non transversim incisis. *Tarsi* intermedii subtus non longe ciliato-pectinati etc.

Fœminae, *Abdomen* vitta nigra dorsuali sæpe deleta: *alae* et *halteres* magis pallida, et *calyptra* minus fusca.

Pedes simplices: cæteris notis circiter ut in mare.

Species in tota Italia frequens, præsertim in boreali et media, ubi tam in planitie quam in montuosis legitur a Majo ad Septembrem.

(Nota) Olim sp. hanc H. *floccosae* Macquartii referebam, sed ut puto non recte, ut in observationibus notavi ad sp. *armipedem*, in Genere præcedente *Hydrotaea*.

Sp. 2. H. CILIATA *Fab. Mgn. Macq. Wlk. Schin. Rndn.*
SPINIPES *Fall. Zett.*
BIMACULATA (fæm.) *Macq. Mgn.*

Mas Nigro-subcærulescens, facie, puncto supero ad radicem antennarum, macula humerali, et fasciis interruptis abdominis, albidis,
Alae hyalinæ, sublimpidæ — *Halteres* testacei.
F*emora antica* subtus bidentata; *postica* subtus spinula erecta in medio armata: *intermedia* apici setis duabus elongatis incurvis prædita.
F*œminæ Abdomen* atrum, ano plumbeo; pedes simplices — *Oculi* subnudi; frons nigra etc.
Sp. non huc usque capta in Italia, sed facilius in plagis nostris magis borealibus legenda. Exemplaria mea danica, a Cl: Stæger missa.

Sp, 3. H. CYRTHONEURINA *Zett. Rndn.*

Nigra, *facie* et puncto supra radicem antennarum albidis: *abdomine* sub-cinereo vitta dorsuali nigricante.
Alæ paulo fuscescentes; — *Calyptra* brunnea.
Halteres obscuri — *Vena* 3.ª longitudinalis apice paulo incurva.
Maris F*emora* antica subtus bidentata.
F*œm*. nigra sub-nitida, levissime cinereo micans. — *Alæ* hyalinæ.
F*rons* nigricans; *Pedes* inermes.

A duabus congeneribus faciliter distinguenda, *venis* quarta et quinta ad apicem non parallelis, sed paulo convergentibus, et tibiis posticis maris intus nec ciliatis nec penicillatis etc.

Raro legitur in Apennino Italiæ mediæ tempore æstivo. Marem in montuosis agri bononiensis legit. Nob. Car: Tacchetti, et in agro parmensi elatiore a me ipso.

G. IV. BLAINVILLIA *Desv.*
Hydrotea *Macq.*

Distinctum a duobus præcedentibus, *femoribus* anticis in mare subtus muticis, et etiam ab aliis generibus forma *proboscidis* apici palpigeræ.

Ejusdem sp. unica typica.

B. PALPATA *Desv. Macq.*

Nondum in Italia capta, et a me non observata.

V. ejusdem diagnosim in Op. Macquartii S. A. Buffon.

G. V. ERIPHIA *Mgn. Mcq. Schin. Rndn.*

CHAR. GEN.

Maris Oculi nudi in fronte fere sub–contigui.
Os præsertim ad latera epistomii pilis crebris et erectis villosum.
Antennae breves, arista sub–nuda.
Abdomen apice crebre villosum, pilis intus calamistratis.
Calyptrorum squamæ inferæ, superis paulo longiores.
Alarum vena lougitudinalis ultima postica, marginem pesteriorem non attingens, sed non brevissima: transversa intermedia ante, non contra apicem sita secundæ longitudinalis.
Pedes femoribus intermediis longis, incurvis et in medio coarctatis, prope apice inferne pilis longis instructis: tibiis posticis in parte apicali paulo incurvatis: intermediis retro serie setarum marginatis.

Sp. ITALICA.

Sp. 1. E. CINEREA *Mgn. Macq. Rndn.*

Mas niger, *facie* albidi nitente; *thoracis* dorso paulo grisescente; *abdomine* superne griseo, macula lata, in singulo segmento nigricante.
Calyptra fusco–lutea — *Halteres* obscure fusci.

Alae paulo infuscatæ, basi et costa fuscioribus; spinula costali subnulla: venis longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus fere perfecte parallelis: transversa exteriore sub-recta.

Pedes, tibiis satis setosis, posticis saltem intus subciliatis.

Fæmina non observata.

In Alpibus pedemontanis non raro lecta a Prof. Bellardi, et olim Meigenius exemplar descripsit ad (montem oinesium) lectum.

Mt. Cenis!

G. VI. POGONOMYIA *Rndn.*

CHAR. GEN.

Oculi nudi, in fronte maris sub-contigui.

Frons porrecta.

Oris margines præsertim ad latera epistomii, setulis crebris et erectis barbati.

Antennae breves, articulo secundo setulis longiusculis prædito.

Arista sub-nuda.

Calyptrorum squamæ inferæ superis paulo longiores.

Alae vena transversa intermedia apici secundæ longitudinalis perfecte opposita: septima, scilicet ultima postica longitudinalis, margini posteriori non producta, sed non brevissima.

Pedes femoribus anticis et intermediis forma ordinaria; posticis inferne per totam longitudinem setosis: tibiis intermediis retro et extra setigeris; posticis non neque ad apicem incurvis.
Abdomen apici setigerum sed non crebre villosum.

Sp. Italica.

Sp. 1. P. alpicola *Rndn.*

Mas nigro-nitens, *thorace*, *scutello*, et basi segmentorum *Abdominis* paulo cinerascentibus.
Facies albicans — *Palpi* nigri.
Arista basi tantum anguste crassiuscula, non sensim a basi ad apicem attenuata.
Calyptra albicante-sub-lutea — *Halteres* nigricantes.
Alæ dilute fuscescentes, basi nigricante: vena transversa exteriore recta: longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus paulo divergentibus; quintæ segmento penultimo breviore præcedente.
Abdominis segmenta omnia setis marginalibus cincta, et aliquibus etiam discoidalibus.
Pedes toti nigri, tibiis posticis intus in parte apicali setulis erectis ciliatis, et extrinsecus paulo villosis.
Mares aliquos legit Prof. Bellardi ad montem Cinesium.

G. VII. OPHIRA *Desv. Mcqrt. Rndn. Schin.*
Anthomyia *Mgn. Wlk.* — **Aricia** *Zett.*
Musca *Fall. etc.*

CHAR. GEN.

Oculi nudi, in fronte maris sub-contigui, latera capitis tota occupantes.

Proboscis apice labiato, non articulato.

Antennæ, paulo supra medium oculorum insertæ; modice elongatæ, inclinatæ, articulo ultimo circiter trilongiore præcedente.

Arista nuda.

Peristomium sub vibrissas ordinarias breviter et crebre pilosum vel setulosum, non etiam macrochetis armatum.

Alæ spinula costæ subnulla: vena secunda longitudinalis non spinulosa, et costalem attingens contra transversam intermediam: septima, seu ultima postica marginem alæ non attingens, sed non brevissima.

Calyptrorum squamæ inferæ superis longiores.

Pedes femoribus anticis subtus non neque in mare dentatis, nec excavatis: tibiis posticis distincte incurvis, in maribus sæpissime antice longe ciliatis etc.

Abdomen apice tantum setulosum.

Species Italicæ.

a. *Calyptra* nigricantia.

Sp. 1. leucostoma *Fall.*

aa. *Calyptra* alba vel sub-albida.
b. *Tibiæ* posticæ maris intus distincte ciliatæ.
Corpus parvum sed non minutissimum.

Sp. 2. anthrax *Mgn.*

bb. *Tibiæ* posticæ etiam maris antice non manifeste ciliatæ.
Corpus minutissimum.

Sp. 3. minima *Rndn.*

Observ. et synon.

Sp. 1. O: leucostoma *Fall. Mgn. Zett. Wlk. Rndn. Schin.*
nitida *Desv.*

Atra nitens, sub-cærulea, facie albidi nitente, et puncto supra radicem antennarum albo-niveo.
Alæ sublimpidæ hyalinæ, venis pallidis.
Calyptra fusca — *Halteres* obscuri.

Maris tibiæ posticæ incurvæ, intus villosæ.
Abdomen unicolor brevissime nigro-puberulum.
Vulgaris in tota Italia ab Aprile ad Octobrem.
(Nota) Species lecta etiam prope Damascum, in Soria, ab Equite E Truqui.

Sp. 2. O. ANTHRAX *Mgn. Rndn. Schin.*
RUTILANS + VIRIDESCENS *Desv.*

Statura distincte minore, et calyptrorum squamis albidis non fuscis, uterque sexus a præcedente distinguendus.
Mas vero istius a mare leucostomæ difert, tibiis posticis minus villosis et minus incurvis.
Fæminas juvenes observavi quorum pedes picei, non nigri.
Vulgaris in tota Italia per totum annum entomologicum.

Sp. 3. O. MINIMA *Rndn.* — Longit. vix mill.ᵉ 2.

Congeneribus valde minor, et precipue notis marium a præcedentibus facile dignoscenda, nam istorum tibiæ posticæ non manifeste intus ciliatæ, et abdominis basis, oblique observata, paulo albidi nitens.
Præterea in utroque sexu color corporis ater nitidissimus, sed non ut in duabus primis, cœrulescens.

Calyptra ut in sp. *anthrax* albida.

Uterque sexus a me inventus fuit in luco alpino, prope Gaumellum (Biella).

G. VIII. AZELIA *Desv. Rndn. Lw.*

Atomogaster *Macq.* — **Aricia** *Zett.* (*prt.*)
Myiantha (*prtm.*) *Rndn.* (*Prodr.*)
Anthomyia *Mgn. Schin.* — **Musca** *Fall.*

CHAR. GEN.

Oculi nudi, in fronte maris contigui aut sub-contigui.

Arista nuda vel subnuda.

Calyptrorum squamæ inferæ superis distincte longiores.

Abdomen sub-conicum in mare, sub-ovatum in fæmina, non depressum, et segmentis quatuor tantum distinctis.

Alarum vena secunda longitudinalis non spinulosa: septima, scilicet ultima postica, satis brevis, et spuria axillari sequente contra apicem ejusdem incurvata.

Pedes femoribus anticis simplicibus etiam in mare: tibiis intermediis et posticis setis fere destitutis, etiamsi posticis villosis, ut sæpius in mare observatur.

(Abdomen nigro-punctatum).

Species Italicæ.

a. *Tibiæ posticæ* maris longe ciliatæ.
b. *Alæ* non manifeste fuscescentes — *Calyptra* albicantia.

Sp. 1. parva *Rndn.*

bb. *Alæ* manifeste fuscescentes — *Calyptra* infuscata.
c. *Tibiæ posticæ* maris intus, non retro ciliatæ.

Sp. 2. zetterstedtii *Rndn.*

cc. *Tibiæ posticæ* maris aut retro tantum, aut retro et intus ciliatæ.
d. *Tibiæ posticæ* maris retro et intus ciliatæ.

Sp. 3. macquartii *Stæg.*

dd. *Tibiae posticae* maris retro, non intus ciliatæ.

Sp. 4. cilipes *Halid.*

aa. *Tibiae posticae* maris ut in fæmina, nec intus, nec retro ciliatæ.

Sp. 5. tbiquetra *Wdm.* (*non Zett.*)

Observ. et Synonim:

Sp. 1. A. PARVA *Rndn. Lw.* — Long. Maris mill.ª 2
Fæm. minor.

Mas similis maribus congenerum, habitu, forma, colore, punctis abdominalibus etc. sed statura omnibus minore, colore minus fusco, magis griseo, sed præcipue *Calyptris* albidis, non distincte infuscatis, et *Alis* sublimpidis fere decoloribus diversus.

Præterea *Abdominis* segmenta postice anguste albidi marginata, et punctis nigris lateralibus satis parvis notata — *Halteres* flavescentes.

Alae vena quarta ad apicem, contra quintam paulo flexa.

Tibiae posticæ intus serie duplici pilorum ciliatæ, retro sub-nudæ.

Fæmina magis cana; abdominis dorso vittis nigricantibus intermediis punctiformibus et basi tantum segmentorum distinguendis; punctis nigris lateralibus minus parvis.

Cætera circiter ut in mare, exceptis notis sexualibus, et statura minore etc.

Raro speciem iuveni in collibus ditionis parmensis, a Julio ad Septembrem.

Sp. 2. A. ZETTERSTEDTII *Rndn. Lw.*
TRIQUETRA *Zett. Stæg. Schin.*

Mas. *Alae* infuscatæ — Squamæ *Calyptrorum* fuscæ.
Halteres pallidi — Color corporis fuscus.
Tibiae posticæ intus biseriatim villosæ.
Fæmina. *Alae* sub-limpidæ, et hyalinæ.
Corpus magis cinerascens.
Cætera circiter ut in mare.
In Italia hic et nunc uon lecta, sed facilius legenda.
Specimen collectionis meæ danicum a Cl. Stæger missum.
Confer observationes meas ad N. 5.

Sp. 3. A. MACQUARTII *Stæg. Zett. Schin. Rndn. Lw.*
TRIQUETRA (*prt.*) *Macq.* (*non Fall.*)
NEBULOSA? *Desv.*

Mas. Fusco griseus *antennis pedibusque* nigris.
Alae brunnescentes: — *Calyptra* infuscata.
Halteres pallidi.
Tibiae posticæ intus et extra longe ciliatæ.
Fæm. ignota, forte cum fæminis congeneribus confusa.
Spec. raro legenda in collibus et montuosis Italiæ mediæ et superioris.

Sp. 4. A. CILIPES *Halid. Lw.*
STÆGERI *Zett. Rndn. Schin.*
LIBIALIS *Stæg.* — TRIQUETRA (*prt.*) *Macq.*

Mas. fuscus, pedibus piceis, tibiis præsertim anterioribus pallidioribus, sub-testaceis, tarsisque intermediis etiam dilute tinctis.

Alae fuscescentes, et *Calyptra* infuscata — *Halteres* pallidi.

Tibiae posticae extus, non intus longe ciliatæ.

Fæm. minor, minus fusca, et aliis notis similis congeneribus sexus proprii.

Satis rara in Italia superiori, et semel mas a me lectus in collibus apenninis agri parmensis, similis omnino mari danico, a cl. Stæger accepto.

Sp. 5. A. TRIQUETRA *Wdm. Mgn. Macq. Rndn. Schin. Lw.*
FLOREA *Desv. Macq.*
NUDIPES *Zett.*

Similis præcedentibus, habitu, colore corporis, alarum fuscedine in masculis, Halteribus pallidis, calyptris infuscatis etc. sed statim distinguenda, tibiis posticis masculi nullo modo villosis.

Non infrequenter legitur in Italia superiore et media tam in planitie quam in montuosis, ab Aprile ad Augustum.

G. IX. HOMALOMYIA *Bé. Schin.*

Myiantha *Rndn* (*Prodr.*)
Cælomyia *Halid.* (*prt.*)
Faunia + **Philintha** *Desv.*
Anthomyia *Mgn. Macq. Wlk.*
Aricia + **Anthomyza** (*prt.*) *Zett.*
Musca *Fall. Fab. Scop. Rossi.*

Char. Gen.

Oculi nudi, in fronte maris proximi, orbitis sub contiguis.

Arista nuda vel sub–nuda,

Antennae contra faciem flexæ, articulo ultimo duobus præcedentibus longiore, et epistomium non attingente.

Abdomen segmentis quatuor tantum distinctis, plus minusve depressum, nec subcylindrium nec sub conicum, neque in mare.

Alae vena secunda longitudinali non spinulosa: septima scilicet ultima postica satis breve, et spuria axillari sequente contra apicem ejusdem incurvata.

Calyptrorum squamæ superæ, inferas non omnino tegentes.

Pedes femoribus anticis in utroque sexu simplicibus: tibiis quatuor posterioribus distincte setigeris: posticis non incurvis, raro antice tantum ciliatis, sæpius subnudis etc.

Spec. ITALICAE

a. *Pedes* nisi toti, maxima parte nigri vel nigricantes, ad summum tibiis tantum fusco-rufescentibus.
b. *Femora* intermedia maris ut in fæmina subtus, per totam longitudinem sub-æqualiter setigera.
c. *Abdomen* dorso fusco-griseo, segmentis saltem intermediis, late nigro-trimaculatis, præsertim in mare.

Sp. 1. BREVIS *Rndn.* 47

cc. *Abdomen* dorso nigricante, vel fusco, vel griseo, vitta intermedia longitudinali obscuriore, plus minusque distincta: raro lutei, non nigro-maculato.
d. *Abdomen* maris lutei maculatum: fæminæ basi anguste lutescente.

Sp. 2. CANICULARIS *Lin.* 48

dd. *Abdomen* nec in mare lutei maculatum, nec in fæmina basi lutescente.
e. *Tibiae* omnes luteo-fuscescentes, non nigræ nec nigricantes.

Sp. 3. PALLITIBIA *Rndn.* 49

ee. *Tibiae* omnes nigræ vel nigricantes.
f. *Tibiae* anticæ non nequæ in mare peniculo setarum exteriore ad apicem instructæ.

g. *Tibiae* posticæ, saltem in mare, setis distinctioribus in seriem dispositis ad marginem anticum exteriorem præditæ.

Abdominis vitta nigricans dorsualis æqualiter angusta: et fasciolis transversis obscuris plus minus perspicuis, in mare.

Sp. 4. PROSTRATA *Scop.* 50

gg. *Tibiae* posticæ setis nullis distinctioribus in margine antico exteriore præditæ.

Abdominis vitta dorsualis ad marginem posticum segmentorum paulo dilatata, et fasciolis transversis nigricantibus nullis, etiam in mare.

Sp. 5. TRIANGULIFERA *Rndn.* 51

ff. *Tibiae* anticæ maris ad apicem, peniculo denso setularum extrinsecus præditæ.

Sp. 6. PENICULATA *n.* 52

bb. *Femora* intermedia maris inferne circa medium setulis distinctioribus crebris in peniculum dispositis.

h. *Tibiae* posticœ maris intus non longe ciliatæ.

i. *Calyptra* nigricantia.

Anus marium subtus non distincte incrassatum.

x. *Halteres* pallide lutei.

Sp. 7. MOLLISSIMA *Halid.* 52

xx. *Halteres* nigricantes.

Sp. 8. CARBONARIA *Rndn.* 53

ii. *Calyptra* sub-albida, vel sublutea.
Anus marium subtus distincte incrassatus, sub-inflatus.
k. *Tibiae* intermediæ non neque in mare intus tuberculatæ.

Sp. 9. HERNIOSA *Rndn.* 54

kk. *Tibiae* intermediæ maris intus dilatato-tuberculatæ.

Sp. 10. SCALARIS *Mgn.* 55

hh. *Tibiae* posticæ maris antice longe ciliatæ.
l. *Tibiae* intermediæ maris in medietate basali satis coarctatæ, in apicali subito dilatatæ et intus distincte ciliatæ.

Sp. 11. ARMATA *Mgn.* 56

ll. *Tibiae* intermediæ sensim ab apice ad basim decrescentes, et intus vix pubescentes in mare.

Sp. 12. CILICRURA *Rndn.* 57

aa. *Pedes* saltem quatuor posteriores, tarsis exceptis nigricantibus, rufescentes vel lutescentes.

m. *Palpi* et *Antennæ* etiam basi, nigricantes.
n. *Tibiae* posticæ maris antice longe villosæ. *Abdomen* etiam apice rufescens.

Sp. 13. PASSERINII *Rndn.* 57

nn. *Tibiae* posticæ, etiam maris, antice non distincte villosæ.
Abdomen basi late rufescens, apici nigricans.

Sp. 14. ROSERII *Rndn.* 59

mm. *Palpi*, et *Antennarum* basis rufescentes.
o. *Abdomen* non fusco vittatum. *Vena secunda* longitudinalis valde producta ultra transversam intermediam.

Sp. 15. SCHEMBRII *Rndn.* 60

oo. *Abdomen* fusco vittatum. *Vena secunda* longitudinalis vix producta ultra transversam intermediam.

Sp. 16. OBSERVANDA *n.* 61

Observ. et Synonim:

Sp. 1. H. BREVIS *Rndn.* — Long. Mill. 2 circiter

Maris, *Antennae* et *palpi* nigricantes.

Thorax antice nigro-opacus, retro paulo griseus; scutello basi nigra postice cinerascente.

Abdominis segmentum primum nigro-opacum, linea marginali postica cinerea: secundum et tertium griseo-cinerea maculis tribus nigris transversim positis; secundi latioribus, sub-confluentibus; tertii minoribus discretis: segmento ultimo cinerascente, sæpe macula nigricante basali intermedia.

Alae limpidæ, sub-decolores — *Calyptra* albicantia.

Halteres flavidi.

Pedes nigricantes, vel nigro-picei; intermediis simplicibus, tibiis apici intus et extra parce setigeris.

Fæm. corpus magis griseum, maculisque abdominis minus perspicuis; *Alae* limpidiores; *calyptra* magis alba, cæterum circiter ut in mare, notis sexualibus exceptis.

Sp. congenerum minus depressa; abdomine in fæmina paulo convexo, et statura minore et breviore distinctissima.

Frequens in Urbe Parma, præsertim fæmina in latrinarum fenestris sæpius legenda: sed vivit etiam ruri, et in aliis Italiæ provinciis, et in insulis quoque australioribus; nam specimina duo mascula a Doct. Schembri obtinui in Insula Melita capta.

Sp. 2. H. CANICULARIS *Lin. Fab. et aucl. omnes.*

Species ab affinibus facile distinguenda, abdomine maris in medietate basali lutei maculato, et fæminæ basi magis vel minus anguste lutescente: præterea.

Aristae articulus penultimus paulo elongatus.

Pedes nigri, geniculis et basi tibiarum paulo lutescentibus: femoribus intermediis simplicibus etiam in mare.

Alae sublimpidæ — *Calyptra* albicantia — *Halteres* pallidi.

Ubique vulgatissima, etiam in domibus: toto anno entomologico.

(Observ.) Ejus larva spinosa, in substantiis organicis variis putrescentibus vivit. Imagines non nullas obtinui a larvis viventibus in tubero solani, foliis et caule tritici putrescentibus, etc. a Cl. Kaltenback etiam in radicibus brassicarum larvæ observatæ fuerunt.

Exemplaria nostris simillima a Prof. Philippi obtinui, Chiliæ capta.

(Nota). Mares plures possideo maribus *caniculari* referendi, et distincti tantum pictura, scilicet abdominis maculis luteis obliquis duabus, discretis, et parvis in dorso segmentorum secundi et tertii, non amplis, nec ut moris est, ad latera productis et ibi confluentibus: et segmenti quarti maculæ parvæ basales et laterales, in varietatum aliquo exemplare distinctæ non adsunt; tamen istarum plurium nullæ speciei, diversæ referendæ sunt, nam intermediæ varietates innumeræ adsunt, quibus extremæ differentiæ conjunctæ sunt.

Sp. 3. H. pallitibia *Rndn.* — Long. Mill. 3–4

Mas. *Frons* angustissima, oculis late sub-contiguis — *Facies* albidi nitens.
Antennae ut *palpi* nigræ.
Thorax fusco-nigricans, scutello grisescente.
Abdomen niger, dorso grisei adsperso, vitta intermedia nigricante angulosa, scilicet apici segmentorum dilatata, et basi angustiore.
Alae dilute fuscæ, basi vix paulo lutescente: vena secunda longitudinale costali conjucta parum ultra trasversam intermediam: quarta et quinta versus apicem sub-parallelis, non paulo convergentibus.
Calyptra luride sub-lutescentia — *Halteres* pallidi.
Pedes nigri, vel nigricantes, geniculis et tibiis totis luteo-fuscis, inde distinctissime pallidioribus: femoribus intermediis inferne crebre setulosis, setis tamen in peniculum distinctum non coacervatis: tibiis propriis breviter et exilissime intus ciliatis.

Fæm. *Vitta frontalis* lata, nigricans, albo-nitens — *Abdomen* abscurius nigrum, vitta intermedia non distincta. Cæteri characteres circiter ut in mare, exceptis sexualibus, et notis pedum intermediorum.

In montuosis agri parmensis raro lecta, tempore æstivo et autumnale.

Sp. 4. H. PROSTRATA *Rossi Rndn.* (*non Scop*).
LEPIDA *Wdm. Mgn. Schin.* (*non Fall*).
INCISURATA *Zett* (*non Wlk*).
LUDIBUNDA *Desv. Macq.*

Mas. *Palpi* ut *antennae* nigri: *aristae* articulus penultimus paulo longiusculus, et cum tertio non raro subcubitatus. — Facies albidi sericea.

Thorax nigricans paulo grisei adspersus, ut scutellum.

Abdomen dorso griseo-cinerascente, vitta dorsuali angusta nigricante, et fasciolis transversis pariter obscuris prope marginem posticum segmentorum.

Alae dilutissime sub-fuscescentes, basi paulo luteæ.

Calyptra albida — *Halteres* flavescentes.

Pedes nigri, geniculis et basi tibiarum anguste rufescentibus; femoribus et tibiis intermediis simplicibus; tibiis posticis multisetosis, et in latere exteriore setis distinctioribus, in seriem dispositis instructis.

Variat abdomine vitta et fasciolis transversis nigricantibus superis parum perspicuis.

Fæm. *frons* latissima griseo-fusca, orbitis albis.

Abdominis dorsum vitta longitudinale et fasciolis transversis nullis, cætera ut in mare, circiter.

Larvæ speciei in putredine præsertim vegetali vivunt, etiam in stercore a me detectæ, et a cl. Kaltenbak in radicibus brassicarum.

(Nota). *Anthomyia* incisurata Walk: thorace nigri trivittato, istæ non referenda; forte *Anth. vicinae* Mgn. vel aliæ simili pertinet.

Sp. 5. H. TRIANGULIFERA *Rndn.* Long. Mill. 3.

Mas. similis mari *prostratae*, tamen paulo minor, et distincta præcipue notis sequentibus.

Oculis magis proximis, sub-contiguis in fronte.

Alis paulo fuscioribus — *Abdomine* vitta nigricante dorsuali, certa luce observata versus marginem posticum segmentorum paulo dilatata, et fasciolis transversis obscuris non observandis.

Tibiis posticis in latere exteriore anteriore setis majusculis in seriem dispositis non observandis: tibiis intermediis intus distinctius villosulis, et femoribus propriis apice paulo coarctato, et subtus crebrius setuloso. etc.

Similis quoque masculo *herniosae* Rndn: sed statim dignoscendus, ano subtus nullo modo incrassato sub-inflato.

Difert etiam a maribus *armatae* Mgn. et *lugubrinae* Zett. tibiis posticis intus subnudis non setulis ciliatis, et structura pedum intermediorum; etc.

Faem. magis grisea, alis sub-decoloribus, etc.

(Nota) Marem possideo, forte juvenem, cujus abdomen contra lucem ovservatum paulo translucidum apparet.

Raro lecta in collibus sub-apenninis parmensibus, et etruscis.

Sp. 6. H. PENICULATA *n.* Long. Mill 3 1[2 (mas).

Mas. Niger, angustus, *facie* et *orbitis* albo-nitentibus.
Thorax dorso atro, lateribus paulo albi versicoloribus.
Abdomen leviter albo-adspersum ad latera.
Alae præsertim in parte anteriori-apicale fuscescentes; costa et aliis venis nigris.
Calyptra sub-albida — H*alteres* flavicantes.
Pedes nigri, exceptis tibiis anticis late rufescentibus: intermedii sub-simplices, femoribus tamen inferne crebre setulosis: antici tibiis in parte apicali incrassatis, et extra peniculo denso setularum instructis.
Mas tantum lectus in Agro parmense.

Sp. 7. H. MOLLISSIMA H*alid. Wstw. Rndn.*
SPATHULATA *Zett.* (ARICIA 156).

Mas. Corpus nigrum: *Alae* paulo fuscescentes, vena secunda longitudinali satis producta ultra transversam intermediam: quarta et quinta versus apicem parallelis.
Calyptra nigricantia — H*alteres* pallide testacei.
Abdomen satis pilosum, basi sub-angustatum, segmento primo paulo elongato.
Pedes nigricantes vel picei, femoribus subtus longe pilosis: intermediis versus apicem setulis crebris

in peniculum coacervatis; tibiis propriis in medietate apicali latioribus et intus breviter ciliatis.
In Italia non capta; specimen collectionis meœ olim a cl. amico Haliday obtinui in Brittannia lectum, et in scheda, nomine distinctum *Coelomyia mollissima.*

Sp. 8. H. CARBONARIA *Rndn.*

Parva, nigra, paulo cinerascens, præsertim in dorso abdominis

Facie sub-albida.

Mas. *Calyptra* fusca — H*alteres* nigricantes: calyptrorum squamæ inferæ limbo vix-detecto.

A*bdominis* vitta longitudinalis, et suturæ segmentorum nigricantes.

A*lae* grisescentes, basi minus dilute.

Pedes intermedii, tibiis basi attenuatis, parte apicali latiuscula et intus breviter ciliata; femoribus apice angustatis et subtus setuolosis: postici tibiis intus et retro sub-nudis, femoribus propriis intus ciliatis, subtus non setulosis, nec pilosis.

Rarissimo in Pedemontio inventa a Prof. Bellardi.

Sp. 9. H. HERNIOSA *Rndn.* — Long. Mill. 3.

Mas. ab aliis maribus congeneribus faciliter distinguendus ani structura, scilicet apice infero abdominis distincte incrassato, sub-inflato: præterea ab illis vel istis difert, Corpore toto atro vix abdomine ad latera paulo grisei adsperso, vitta nigricante dorsuali non, aut parum observanda.

Alae dilutissime sub-fuscæ, basi non flavida.

Calyptra sub-albida — *Halteres* pallide testacei.

Pedes nigri, femoribus intermediis versus apicem subtus peniculatis, tamen tibiis propriis intus brevissime in parte apicali ciliatis: antici et postici simplices.

Adde, venæ alarum lutescentes; secunda longitudinali costalem attingente contra transversam intermediam.

Tibiæ posticae intus non cilitæ etc.

Fæm. a mare difert, *pedibus* omnibus simplicibus, et *fronte* lata, griseo fusca; alis limpidioribus etc.

Mares aliquos possideo in Apennino parmensi lectos, et unum ab Etruria misit. D. Piccioli florentinus entomologus.

Sp. 10. H. SCALARIS *Fab. Mgn. Macq. Zett. Rndn Schin.*
MANICATA *Macq.* (*prt.*) *Dsv.* (*non Mgn.*)
SALTATRIX *Desv.* (G. Faunia).

Mas. nigricans, facie et orbitis albicantibus.
Thorax vestigio vittarum duarum magis obscuro.
A*bdomen* dorso cinerascente, vitta longitudinali et fasciolis tribus transversis prope marginem posticum segmentorum nigris.
A*lae* subfuscæ, basi lutescente; venis nigricantibus, secunda longitudinali circiter contra transversam intermediam costali conjuncta: quarta et quinta paulo ad apicem convergentibus.
Calyptra luride albicantia — H*alteres* sub-flavidi.
Pedes nigri, geniculis paulo rufescentibus; intermedii femoribns inferne setulis crebris versus medium peniculatis; tibiis propriis intus subnudis et tuberculato-dilatatis.

Fæm. præter notas sexuales distincta a mare, abdomine sub-immaculato, sæpe nigro nitido; pedibus simplicibus etc.

Raro lecta in collibus sub-apenninis Emiliae, tempore verno,

(Nota) Larvæ onisciformes, depressæ, nudæ, appendicibus ciliatis in series dispositis armatæ, in radicibus putrescentibus brassicarum a cl. Kaltembak observatæ; sed Prof. Sparman eas vidisse affirmat ex intestinis hominis egressas !?

Sp. 11. H. ARMATA *Mgn. Zett. Rndn. Schin.* (*non Macq*).

Mas. niger, facie et orbitis albo-nitentibus.
Abdomen leviter grisescens, segmentis tribus macula dorsuali transversa, trigona, nigra.
Alae sub-fuscæ, basi lutescente, venis obscuris; secunda longitudinali distincte producta ultra transversam intermediam: quarta et quinta extrinsecus parallelis: transversa exteriore recta.
Calyptra sub-albida — *Halteres* flavicantes.
Pedes toti nigri, femoribus intermediis subtus versus apicem setulis crebris peniculatis; tibiis propriis basi distincte coarctatis, parte apicali latiuscula, intns breviter sed crebre ciliata.
Fæmina tota nigricans, vitta frontali atra, pedibus simplicibus; alis limpidioribus etc. distincta.
Rarissimo lecta in montuosis Emiliæ.

Sp. 12. H. CILICRURA *Rndn.* — Long. Mill. 5.

Mas. *Antennae* ut palpi nigræ; *facies* et *orbitae* albæ.
Thorax nigricans, pleuris et scutello paulo grisei adspersis.
Abdomen griseo-cinerascens in dorso, vitta intermedia nigra longitudinali, non lata, non angulosa, et ad suturas segmentorum paulo interrupta: suturis aliquando nigricantibus.
Alae fuscescentes, basi fusco-flavida, venis fu-

sco–lutescentibus: longitudinali secunda circiter contra transversam intermediam costali conjuncta; quarta ad apicem contra quintam paulo flexa,

Calyptra luride sub-flavida — *Halteres* pallidi.

Pedes nigri, tibiis exceptis fusco-testaceis, præsertim posticis: femoribus intermediis subtus in parte apicali crebrius setulosis, apici coarctatis, tibiis propriis sub-simplicibus et intus vix puberulis: tibiis posticis antice distincte villosis.

Fæm. *Calyptris* sub–albidis — *Alis* limpidioribus, et pedibus simplicibus distinguenda a mare, et etiam, præter notas sexuales, corpore magis griseo, abdomine immaculato etc.

Raro lecta in Italia media et superiore.

Sp. 13. H. Passerinii *Rndn.* Long. Mill. 9. 10.
Aprica *Halid* (in Litt.)

Species facillime distinguenda a congeneribus, notis pluribus, præter staturam, in genere proprio maximam.

Mas. *Antennae* totæ etiam basi nigræ, ut *palpi.*

Thorax dorso nigricante, leviter grisei adspersus, vittis fuscioribus vix distinguendis, et scutello concolore.

Abdomen rubiginoso-snb–testaceum, albidi adspersum. et non raro irregulariter fusco-notatum.

Calyptra pallida, lutescente–limbata — *Halteres* fulvo–lutei.

Alae levissime fusco-lutescentes, basi flavida, venis sub-luteis, obscuris: secunda longitudinali manifeste producta ultra transversam intermediam.

Pedes, præsertim quatuor posteriores rufescentes, tarsis exceptis nigris: antici, saltem maris, plus minusve nigricantes: femoribus intermediis, in mare, subtus ad apicem peniculatis, et ad geniculos angustatis; tibiis propriis late ad basim exilioribus et nudis, parte apicali latiuscula, intus villosa: in eodem sexu tibiis posticis antice sub–barbatis.

Fæmina similis mari, sed pedibus simplicibus, anticis minus obscuris etc.

In Emilia et Etruria non frequenter legitur. Mas prius Parmæ lectus a collega I. Passerini, cui Sp. dicata; in posterum uterque sexus a me inventus fuit in collibus sub–apenninis, et nuper aliqua specimina ab Etruria misit D. Piccioli, et altera a me detecta fuerunt in agro parmense: fæmina rarior.

Sp. 14. H. ROSERII *Rndn.* — Long. Mill. 4.
POSTICATA *De R.* (in scheda) *non Mgn. nec Zett.*
TUBERIVORA? *Curt.* (teste H*alid.*)

Mas. *Antennae* totæ etiam basi nigræ, ut *palpi.*
Thorax nigricans paulo grisei adspersus, scutello concolore, sed inferne, et limbo anguste, rufescente.
Abdomen late ad basim fulvo-testaceum, subtranslucidum, segmento apicali toto, et penultimo partim postice nigricantibus.
Calyptra pallide lutea — H*alteres* sub-flavidi.
A*lae* paulo fuscescentes, præsertim ad costam, basi lutea: vena secunda longitudinali paulo producta ultra transversam intermediam, quarta et quinta ad apicem sub-parallelis: transversa exteriore sinuosa.
P*edes* omnes et toti testaceo-flavi, tarsis exceptis nigris, et apice femorium paulo infuscato: femoribus intermediis superne et inferne setis longiusculis ciliatis, ad geniculos paulo coarctatis, tibiisque propriis basi satis angustis, et intus distincte villosulis.

Species iu Italia nondum lecta: specimen masculum collectionis meæ germanicum a cl. De-Roser olim missum.

Sp. 15. H. SCHEMBRII *Rndn.* Long. Fæm. Mill. 3.

Fæm. *Antennæ* articulo ultimo nigro, basalibus rufis.

Palpi rufescentes.

Frons lateribus griseis, vitta intermedia sub-impressa, paulo etiam colore distincta, sublutescente.

Thorax, cum scutello griseus, isto fulvo-limbato.

Abdomen fulvum, unicolor, opacum, non neque parum translucidum, nec fusco-notatum.

Calyptra pallidissime sublutea — *Halteres* flavescentes.

Alæ sub-decolores, venis lutescentibus: transversa exteriore fere recta, et valde distans ab intermedia; ista fere contra apicem sita primæ longitudinalis, et satis ante apicem secundæ, quæ valde ultra producta.

Pedes flavo-rufescentes omnes et toti, tarsis tantum exceptis nigricantibus.

Mas a me non observatus, et exemplaria duo tantum possideo sexus fæminei a Doct. Schembri missa ex Insula Melita.

(Nota) Similis et proxima videtur H. *pretiosae* Schin; sed distincta, præ ceteris, *Abdomine* non neque parum translucido, sed perfecte opaco: et *scutelli* colore griseo, vix limbo paulo lutescente, non toto fulvo etc.

Sp. 16. H. OBSERVANDA *n.* Long. Fæm. Mill. 2 1/2

Fæm. Similis habitu et colore generale corporis H. *Schembrii,* sed manifeste minor et præcipue distinguenda:

Fronte tota grisea, vitta intermedia perfecte concolore, et non neque parum impressa.

Alarum vena secunda longitudinali vix, non valde producta ultra transversam intermediam.

Abdomine parum, sed paulo sub-translucido; colore fulvo-luteo, sed prope basim ad unumquodque latus vitta longitudinali latiuscula, obscure-fusca signato etc.

Cætera circiter ut in sp. præcedente.

Notis istis etiam ab H, *praetiosa* Schinerii, nostra diversa videtur.

Marem non observavi: specimen tantum fæmineum vidi, a me lectum in colle sub-apennino ditionis parmensis.

G. X. PIEZURA *Rndn.*

Char. Gen.

Oculi nudi, in fronte maris satis proximi, orbitis subcontiguis.
Antennæ contra faciem inclinatæ, articulo ultimo satis longiore duobus primis conjunctim, et fere ad epistomium producto: *Arista* distincte pilosa, subplumata.
Abdomen depressum, segmento radicali distincto.
Alarum vena secunda longitudinalis non spinulosa; septima, scilicet ultima postica abbreviata, saltem non longiore distantia a margine posteriore; spuria axillari contra apicem ejusdem incurvata: spinula costæ distincta, sæpe bina.
Calyptrorum squamæ superæ inferis distincte breviores.
Pedes forma ordinaria in utroque sexu.

Sp. Ital: unica.

Sp. 1. P. pardalina *Rndn.*

Antennae articulo tertio nigricante, aliquando piceo, articulis primis et radice tertii rufis — *Palpi* luteo-rufescentes.
Genae et *orbitae* albæ vel albo-lutescentes.
Thorax griseus vittis tribus dorsualibus obscuris, humeris sæpe, et maculis aliquando pleurarum sub

rufescentibus: scutello basi fusco-griseo, apice et margine rufo-testaceis.

Calyptra albicantia — *Halteres* flavidi.

Abdomen fulvo-luteum, ad unumquodque latus fascia longitudinali nigra marginatum nec basi nec apici producta; aliquando in maculas apici segmentorum intermediorum sitas divisa.

Alae leviter lutescentes, præsertim ad costam: venula trasversa exteriore sub-recta: intermedia circiter contra apicem sita secundæ longitudinalis.

Pedes omnes et toti fulvo-testacei, tarsis exceptis nigris: femoribus præsertim intermediis, et magis in masculis, inferne crebre setulosis.

Fæminæ vitta frontalis grisea, femora intermedia minus inferne setulosa; in aliis similes sunt mares et fæminæ.

Variat abdomen in aliquo exemplare, in medio dorsi maculis vel vittis obscuris præter marginales.

Raro lecta in Emilia, Insubria, et Etruria: in agri parmensis collibus aliqua exemplaria a me lecta fuerunt tempore autumnali.

G. XI. ACANTHIPTERA *Rndn.*

Pegomyia (*prt.*) *Macq.* — **Anthomyza** *Zett.*
Anthomyia *Mgn. Schin.* — **Musca** *Fall.*

Char. Gen.

Oculi nudi; in fronte maris, per orbitas latiusculas modice remoti; in fronte fæminæ more insolito parum distantes, fere ut in mare.
Arista versus basim pilosula, alibi tomentosa.
Alarum vena secunda longitudinalis spinulis aliquibus armata: ultima postica margini alarum non producta, sed non satis abbreviata.
Calyptrorum squamæ inferæ superis distincte longiores.
Pedes maris valde elongati, et tibiis intermediis preter spinulas apicales setas distinctas non ferentibus: fæminæ brevitate ordinaria, et tibiis intermediis setigeris.
Abdomen maris elongato-sub-conicum: fæminæ brevius, sub-ovatum.

Sp. Ital: unica.

Sp. 1. A. inanis *Fall. Mgn. Mcqrt. Rndn. Schin.*

Corpus–flavo lutescens: Vitta supera in dorso *thoracis*, maculis *pectoris, metathorace*, et *tarsis* nigricantibus.
Facies et *orbitae* albo sericeæ.

Antennae totæ fulvæ in mare; basi rufescente apice fusco in fæmina.

Alæ sub-limpidæ, venis luteis, secunda longitudinali distincte producta ultra transversam intermediam; quarta et quinta extra parallelis.

Calyptra dilutissime sub-flavescentia. *Halteres* flavidi.

Pedes luteo-flavi setis longis nigris armati; in fæmina modice, in mare, præsertim postici, satis elongati etc.

Raro lecta in Italia superiore et media.

G. XII. SPILOGASTER *Macq. Rndn.*

Aspilia (*prt.*) *Rndn.* — **Limnophora** *Schin.*
Anthomyia *Mgn. Wlk.* — **Aricia** (*prt.*) *Macq. Zett. Schin.*
Fellea + **Rorhella** + **Midina** etc. *Desv.*
Anthomyza *Fall. Zett.* (*prt.*) — **Musca** *Lin. Scop. Fabr. Rossi.*

CHAR. GEN.

Oculi nudi vel sub-nudi etiam in mare, in cujus fronte satis approximati nisi sub-contigui.

Arista antennarum pilosa vel pilosula.

Carinæ faciales setulis non ciliatæ, aut aliqua tantum prope vibrissas.

Alarum vena secunda non spinulosa: septima scilicet ultima postica ad marginem posteriorem non

neque apice spurio producta, sed non brevissima, nec axillari interiori contra ipsam incurvata.

Calyptrorum squamæ superæ inferis breviores.

Abdominis segmentum radicale non sufficienter distinctum.

Pedes omnes in utroque sexu simplices, et tibiis non manifeste incurvis.

SPECIES ITALICÆ.

a. *Pedes* nisi toti et omnes, saltem femoribus quatuor posterioribus omnino vel fere omnino rufescentibus.

b. *Abdomen* testaceum, vel flavo-luteum saltem latissime.

c, *Alæ* parte apicali distincte infuscatæ.

Sp. 1. USTIPENNIS *Rndn.* 74

cc. *Alæ* in parte apicali non infuscatæ.

d. *Abdomen* totum flavo-lutescens, dorso non fusco-maculato.

e. *Antennæ* articulo ultimo albo.

Sp. 2. ALBICORNIS *Bellardi* 74

ee. *Antennæ* articulo ultimo plus minusve nigricante.

Sp. 3. MONTANA *Rndn.* 75

dd. *Abdomen* saltem late flavo-luteum, punctis maculisve quatuor dorsualibus fuscis vel nigricantibus.

f. *Thorax* dorso griseo-cano, maculis tribus nigris, in lineam transversam dispositis.

Sp. 4. CLARA *Hffg.* 76

ff. *Thorax* dorso griseo, maculis duabus nigris intermediis.

Sp. 5. ULIGINOSA *Fall.* 77

bb. *Abdomen* totum vel fere totum nigricans grisei vel lutei plus minusve adspersum, vel nigro-maculatum vel non.

g. *Abdomen* dorso nigro-punctato vel maculato, præter vittam dorsualem, si adest.

h. *Tibiæ* omnes maris intus brevissime sed manifeste et crebre villosulæ.
Arista breviter pilosa.

Sp. 6. HIRTICRURA *Rndn.* 78

hh. *Tibiæ* etiam maris intus non villosulæ.
Arista magis vel minus longe pilosa.

i. *Alarum* vena transversa exterior distincte sinuosa.
Tibiæ posticæ, præsertim maris, retro setis aliquibus longissimis præditæ.

Sp. 7. FLAGRIPES *Rndn.* 79

ii. *Alarum* vena transversa exterior recta vel sub-recta.
Tibiæ posticæ retro setis longissimis destitutæ.

Sp. 8. DEPUNCTA *Fall.* 80

gg. *Abdomen* dorso nec nigro-punctato, nec maculato.
k. *Scutellum* superne totum fulvum, aut macula tantum fusca basali.
l. *Scutellum* macula fusca basali intermedia.

Sp. 9. TINCTA *Zett.* 81

ll. *Scutellum* totum fulvum.
m. *Humera* distincte rufa.
Femora postica apici tantum inferne longe setosa.

Sp. 10. NEMORANA *Rndn.* 82

mm. *Humera* thorace fusco-griseo concolora.
Femora postica inferne, per totam longitudinem setis validiusculis ciliata.

Sp. 11. PAGANA *Fab.* 82

kk. *Scutellum* superne nisi totum fuscum, limbo marginali tantum rafescente.
n. *Scutellum* late fuscum, margine rufescente.
Palpi rufi saltem late, apice tantum aliquando fusco.

Sp. 12. INDISTINCTA *Rndn.* 83

nn. *Scutellum* totum etiam margini fuscum, grisei adspersum.

o. *Tibiæ* intermediæ spinulis tribus in seriem unicam dispositis retro munitæ.

p. *Abdominis* segmentum penultimum seriebus duabus setarum transversis, integris cinctum, una marginali postica, altera discoidali.

Sp. 13. ANGELICÆ *Scop.* 85

pp. *Abdominis* segmentum penultimum serie unica setarum transversa, integra, marginali, cinctum.

q. *Tibiæ* posticæ setula unica retro præditæ supra apicales.

Sp. 14. NIGRICOLOR *Fall.* 85

qq. *Tlbiæ* posticæ setis saltem duabus retro præditæ supra apicales.

Sp. 15. URBANA *Mgn.* 86

oo. *Tibiæ* intermediæ, setis 5-6 non in seriem unicam dispositis, armatæ.

Sp. 16. ALPESTRIS *Rndn.* (G. Aspilia) 87

aa. *Pedes* nisi toti nigri, femoribus saltem omnibus saltem late nigricantibus.

r. *Abdomen* dorso haud nigro-maculato.

s. *Tibiæ* omnes, saltem in fæmina, rufescentes.

Sp. 17. SUNDEWALLI *Zett.* 88

s. *Tibiæ* omnes nigricantes.

t. *Tibiæ* intermediæ spinulis vel setis pluribus non in seriem unicam dispositis armatæ.

u. *Alarum* venæ quarta et quinta extrinsecus valde divergentes: transversa exterior satis sinuosa.

Sp. 18. ALLOTALLA *Mgn.* 88

uu. *Alarum* venæ longitudinales quarta et quinta vix aut non distincte ad apicem divergentes: transversa exterior sub-recta.

v. *Halteres* toti pallide lutei.

x. *Corpus* flavo-lutei adspersum.
Frons in parte apicali manifeste rufescens.

Sp. 19. RUPESTRIS *Rndn.* 89

xx. *Corpus* grisei adspersum.
Frons tota, etiam antice cinerascens

z. *Arista* pilis longiusculis vestita.
Calyptra flavo-fuscescentia.

Sp. 20. TIROLENSIS *n.* 90

zz. *Arista* brevissime pilosula.
Calyptra sub-albida.

Sp. 21. PUBICHETA *Rndn.* 91

vv. *Halteres* saltem capitulo fusco-nigricante.

y. *Femora* posteriora setis validiusculis non crebris inferne armata.

Sp. 22. GLACIALIS *Rndn.* 91

yy. *Femora* posteriora setulis exilibus et crebris inferne villosula.

Sp. 23. BRUMALIS *Rndn.* 92

tt. *Tibiæ* intermediæ setulas aliquas tantum postice in seriem unicam dispositas præbentes.

Sp. 24. VESPERTINA *Fall.* 93

rr. *Abdomen* dorso nigro-maculato.

w. *Tibiæ* intermediæ spinulis pluribus in series duas dispositis armatæ.

Sp. 25. FUNERALIS *Rndn.* 94

ww. *Tibiae* intermediæ spinulis tantum aliquibus in seriem unicam dispositis retro munitæ.

A. *Tibiae* nisi omnes aut quatuor posteriores, saltem duæ posticæ rufescentes.

B. *Tibiae* posticæ tantum rufescentes.

Sp. 26. COTHURNATA *Rndn.* 95

BB. *Tibiae* saltem quatuor posteriores rufescentes.

C. *Tibiae* anticæ, saltem maris, extra setulis distinctioribus tribus præditæ.

Vena transversa exterior, in utroque sexu sub-recta.

Sp. 27. CALCEATA *Rndn* 96

CC. *Tibiae* anticæ setula unica parva vel sub-nulla extrinsecus munitæ in utroque sexu.
Vena transversa exterior plus minusve sinuosa.

Sp. 28. CÆSIA *Macq.*

AA. *Tibiae* omnes nigræ vel nigricantes.
D. *Tibiae* posticæ maris antice villosulæ.
Arista utriusque sexus brevissime pilosula.

Sp. 29. QUATUORMACULATA *Fall.*

DD. *Tibiae* posticæ non villosulæ, neque in mare.
Arista in utroquo sexu pilis longiusculis vel longis vestita.
E. *Venae* alarum transversæ, et etiam longitudinales fere totæ obscure et late fusco-limbatæ.

Sp. 30. VENOSA *n.*

EE. *Venae* non obscure limbatæ, neque transversæ.
F. *Scutellum* griseum, basi ad unumquodque latus macula nigra signatum.

Sp. 31. SIGILLATA *Rndn.*

FF. *Scutellum* nisi nigricans vel griseum unicolor, aut in medio aut tota basi nigra, limbo vel apice grisescente.

G. *Thorax* margine antico late nigro-bimaculato, et fascia transversa intermedia concolore, fæminæ aliquando in maculas duas divisa vel subdivisa.
H. *Scutellum* maris nigrum limbo cinerascente: fæminæ griseum macula nigricante basali intermedia.

Sp. 32. NOTATA *Fall.* 100

HH. *Scutellum* in utroque sexu medietate basali atra, apicali cinerea.

Sp. 33. OBSIGNATA *Rndn.* 100

GG. *Thorax* nigricans, fuscum vel griseum, lineolis ad summum obscurioribus observandis.
I. *Tibiae* posticæ, saltem maris, retro setis validiusculis 4-5 armatæ.

Sp. 34. DUPLICATA *Mgn.* 101

II. *Tibiae* posticæ retro setula unica distinctiore, supra apicales præditæ.

Sp. 35. CARBONELLA *Zett.* 102

Observ. et Synonim.

Sp. 1. S. USTIPENNIS *Rndn.* — Long. ♀ Mill. 6.

Caput albo cinerascens — *Palpi* nigricantes.
Antennæ articulis primis rufis, ultimo nigro: Arista longe pilosa.
Thorax cinerascens, humeris paulo fulvescentibus: scutello pari modo cinereo, margine sub-luteo.
Abdomen flavo-lutescens, sub-translucidum, segmento apicali et fere toto præcedente fusco-griseis, setis marginalibus et discoidalibus instructis.
Calyptra alba — *Halteres* pallide flavo-lutei.
Alæ limpidæ, apice late et distincte infuscatæ: spinula costali valida: vena transversa exteriore recta, fuscedine limbata: intermedia apici longitudinalis secundæ perfecte opposita.
Pedes omnes et toti flavo-lutei, tarsis exceptis nigris.
Pulchræ speciei exemplar unicum fæmineum legi, in Apennino parmensi, tempore æstivo.

Sp. 2. S. ALBICORNIS *Bellardi Rndn.*

Mas. *Oculi* magni, in fronte sub-contigui, linea interoculari, et facie genisque angustis albis.
Antennae articulis basalibus fuscis, ultimo albo: arista parce et exiliter pilosula.
Palpi albicantes.

Thorax fuscus, grisei adspersus, humeris et scutello subflavis, dorso haud fusco vittato.

Calyptra pallidissime lutescentia — *Halteres* flavicantes.

Alae limpidæ sub-decolores, basi paulo flavida: vena transversa exteriore recta.

Abdomen totum pallide fulvescens.

Pedes toti flavo-lutei, tarsis exceptis nigricantibus.

Specimen unicum pulcherimæ hujus speciei observavi, collectionis Prof. Bellardi taurinensis, a quo in ditione veneta lectum.

Sp. 3. S. MONTANA *Rndn.* - Long. Maris mill. 8.

Mas. *Frons* non satis angusta, orbitis ut facies albis, vitta intermedia nigricante, cinerei adspersa.

Antennae articulis primis et basi tertii rufescentibus, apice nigricante: Arista satis longe pilosa — *Palpi* flavo-rufi.

Thorax dorso griseo-cinereo, non distincte obscure vittato: humeris pleuris et scutello toto flavo-testaceis; maculis pectoris et metathorace fusco-obscuris.

Abdomen flavo-luteum, sub-translucidum, segmento apicali late, et præcedentis vitta intermedia fuscis, macula nigricante ad apicem ani: segmento secundo serie duplici setarum postice cinctum.

Alae limpidæ: vena transversa exteriore sinuosa; intermedia apici longitudinalis secundæ perfecte opposita.

Calyptra alba — *Halteres* flavo-lutescentes.

Pedes omnes et toti flavo-testacei, tarsis exceptis nigris.

Marem unicum possideo, in montuosis elatioribus tyrolis italici, ab amico Prof. Pellegrino Strobel inventum.

(Nota) non confundenda cum Musca *testacea* Fab. Mgn., *arista* pilis longis, *thoracis* dorso non fusco vittato etc. distincta.

Sp. 4. S. CLARA *Hffg. Mgn. Schin. Rndn.*

Mas. *Oculi* maris paulo remoti, orbitis albis vitta intermedia cinerea.

Antennae basi rufescente, articulo tertio nigro, triplo circiter longiore præcedente.

Palpi sub-testacei.

Thorax griseo-cinerascens, dorso maculis tribus nigris in lineam transversam dispositis, præter maculam pariter nigram, ad radicem singulæ alæ, in eadem linea.

Scutellum griseum basi utrinque macula nigricante; apice plus minusve late et distincte lutescente; maculæ nigræ sæpe conjunctæ.

Abdomen late ad basim flavo-lutescens, sub-translucidum; segmento primo vitta antica fusca ad unumquodque latus: secundo maculis duabus dor-

sualibus et vitta intermedia fuscis: tertio late postice griseo-fusco, maculis quatuor nigris, duabus dorsualibus duabus lateralibus: quarto fere toto griseo-fusco limbo apicali luteo.

Calyptra alba — *Halteres* pallide testacei.

Alae sub-limpidæ, venis transversis fuscedine sub indistincta limbatis: exteriore recta; intermedia apici longitudinalis secundæ perfecte opposita.

Pedes pallide testacei, tarsis nigricantibus: femoribus anticis aliquando paulo infuscatis, præsertim in mare: tibiis anticis setula extrinsecus munitis.

Fæm. *Abdomen* magis grisescens, dorso maculis quatuor parvis nigricantibus, duabus in secundo et duabus in tertio segmento: *thoracis* macula intermedia aliquando in duas divisa etc.

Frequens in tota Italia etiam insulari.

Sp. 5. S. ULIGINOSA *Fall. Mgn. Mcqrt. Zett. Rndn. Wlk. Schin.*
PUNCTATA *Desv.*

Similis S. *clarae* sed minor et distincta, præsertim.

Thoracis dorso maculis nigris duabus, non tribus, intermediis:

Alarum venis transversis distincte et late fusco limbatis:

Tibiis anticis setula exteriore destitutis etc.

Cætera circiter ut in præcedente: fæminæ tamen ab-

domen magis griseum, et aliquando ima basi et apice summo tantum lutescens.

Habitu similis *Anthomyae abdominali* Stæg. sed præ cæteris statim distinguenda oculis nudis, non hirtis.

Vulgaris in tota Italia ab Alpibus ad insulam Melitam, in toto anno entomologico.

Sp. 6. S. HIRTICRURA *Rndn.* Long. ♂ mill. 8-9 ♀ 6-7.

Mas. *Antennae* nigræ ut *palpi*, articulis tamen basalibus in aliquo exemplare paulo fusco-rufescentibus — *Arista* breviter pilosa.

Oculi in fronte satis proximi, orbitis sub-contiguis: istis et facie albis.

Corpus griseo-canum, *thorax* dorso in medio fusco-bilineato; lineis lateralibus parum aut non perspicuis; scutello unicolore.

Abdomen segmentis duobus intermediis superne nigro-bimaculatis, maculis approximatis, subtriangularibus: segmentis ultimis setis etiam discoidalibus instructis.

Calyptra albicantia — *Halteres* flavescentes.

Alae venis transversis manifeste fusco-limbatis, exteriore paulo sinuosa, intermedia contra apicem sita secundæ longitudinalis.

Pedes pallide testacei, femoribus anticis fuscis, tarsis omnibus nigricantibus, tibiis omnibus intus brevissime et exiliter sed crebre pilosulis: femoribus posticis inferne crebre hirtis.

Fæm. *Frons* vitta lata intermedia nigricante.

Abdomen, maculis dorsualibus parvis, sub-rotundis fuscis, non atris, et aliquando parum perspicuis.

Pedes tibiis intus sub-nudis, femoribus posticis subtus non hirtis etc. cætera circiter ut in mare.

Raro legitur tempore verno in collibus sub-apenninis Italiæ centralis.

Sp. 7. S. FLAGRIPES *Rndn.* Long. ♂ mill. 9-10 ♀ 8-9

Mas. fusco-griseus: *Antennae* nigricantes: arista plumata.

Palpi nigri — *Facies* et *orbitae* albidæ.

Oculi in fronte satis proximi, orbitis contiguis.

Thorax nigro-lineatus in dorso, scutello unicolore.

Abdominis segmenta intermedia dorso nigro-bimaculato, maculis parvis, sub-rotundis, non approximatis: segmenta duo ultima setis etiam discoidalibus in dorso munita.

Calyptra, sublutea — *Halteres* flavescentes.

Alae dilute fuscescentes præsertim versus marginem anteriorem, et venis transversis paulo fusco-limbatis, exteriore paulo sinuosa: spinula costali distincta.

Pedes luteo-testacei, tarsis omnibus nigris; femoribus anticis nigricantibus; tibiis posticis setis aliquibus longissimis retro munitis: tarsis posticis superne breviter sed crebre ciliatis.

Fæm. *Antennarum* basis paulo rufescens — *Abdominis* maculæ minus distinctæ: *setae* longissimæ tibiarum posticarum non observandæ: *femora* antica non nigricantia: *tarsi* postici superne non ciliati etc.

Non rara in collibus sub-apenninis Emiliæ.

Sp. 8. C. DEPUNCTA *Fall.*

Corpus nigricans griseo-cinerei sub-tectum.

Maris *frons* satis angusta, orbitis sub-contiguis, istis cum *facie* albidis.

Antennae nigræ aliquando basi sub-rufescente: arista sub-plumata.

Palpi extrinsecus nigricantes, intus paulo fusco-lutei.

Thorax antice obscure lineatus, scutello griseo unicolore.

Calyptra albicantia — H*alteres* flavo-testacei.

Alœ sublimpidæ, venis transversis dilute fusco-cinctis; exteriore sub-recta, intermedia apici opposita secundæ longitudinalis.

Abdominis segmenta duo intermedia dorso nigro-bimaculato, maculis sub trigonis.

Pedes dilute testacei, femoribus anticis obscure fuscis, tarsis omnibus nigris: femoribus posticis apici tantum longe setosis.

Fæm. *Frons* lata, vitta intermedia griseo-fusca: *abdominis* maculæ dorsuales minores, sub-rotundatæ, minus perspicuæ etc.

Non frequenter lecta in Italia superiori et media.

Sp. 9. S. TINCTA *Zett.*
PAGANA (*Mas. var.*) *Rndn.*

Mas. *Oculi* in fronte valde proximi, orbitis et facie albo-nitentibus.
Antennæ ut palpi nigræ: arista longe pilosa.
Thorax grisei adspersus dorso fusco-lineato: scutello fulvo, macula centrali ad basim fusca obscura.
Abdomen polline fulvescente sub-tectum unicolor, segmento penultimo serie setarum etiam in disco distincta.
Calyptra luteo-fulvescentia. *Halteres* rufescentes.
Alæ basi et paulo etiam antice sub-flavidæ: vena transversa exteriore paulo flexa: intermedia circiter contra apicem sita secundæ longitudinalis; istarum quarta et quinta extrinsecus manifeste divergentibus.
Pedes fulvo testacei, tarsis nigris: femoribus anticis basi nigricante: femoribus posticis inferne brevissime ad basim, et longe ad apicem setosis: tibiis propriis retro setis distinctioribus 4-5 etc. (confer Diagn: *paganæ*, cui similis sed distinctissima).
Fæmina non observata.
Raro marem legi in colle sub-apennino ditionis parmensis, et semel invenit D. De Bertolini in montuosis agri tridentini.

Sp. 10. S. NEMORANA *Rndn.*

Fæm. satis proxima præcedenti et ejusdem sexus alter retinenda nisi attente observantur earum differentiæ.

In hac specie *Scutellum* totum fulvum, non in medio basis fusco-maculatum: *Humera* manifeste rufa, non thorace sub-concoloria: vena transversa exteriore rectissima, non paulo sinuosa: intermedia paulo ante non contra apicem sita secundæ longitudinalis etc.

Similis etiam est fæminæ S. *paganæ* Fabr. sed etiam ab hac distincta est humeris manifeste rufis: vena transversa exteriore rectissima, non distincte sinuosa: tibiis posticis setas circiter quatuor distinctiores, non duas tantum præbentibus; femoribus anticis basi infuscantis, non totis rufis etc.

Cætera vero ut in duabus cui comparata.

Marem non vidi, et fæminæ exemplar unicum legi in nemore Apennini parmensis.

Sp. 11. S. PAGANA *Fab. Fall. Mgn. Macq. Wlk. Schin. Rndn.*

Duabus præcedentibus proxima, sed certe satis diversa. Ab utraque femoribus anticis etiam in mare totis usque ad basim rufis: intermediis et posticis, præsertim maris subtus totis longe setosis; tibiis posticis retro setis validiusculis duabus tantum supra apicales armatis, non 4–5 etc. difert.

Præterea ab illa aut ab ista diversa, notis sequentibus,

Palpi ut Antennæ nigri: arista longe pilosa.

Thorax antice fusci quatuor lineatus; scutello toto fulvo etiam basi; humeris griseis ut thorax.

Calyptra lutescentia — *Halteres* flavo-rufi.

Alœ paulo flavicantes, præsertim basi et antice: vena transversa exteriore sinuosa: intermedia paulo ante apicem sita secundæ longitudinalis: istarum quarta et quinta divergentibus.

Abdomen polline fulvescente in mare, grisescente in fæmina subtectum, lineola longitudinali in medio dorsi fusca distinguenda: segmento penultimo serie continuata setarum transversa in disco, præter marginalem

Pedes toti rufi, tarsis nigris etc.

Fæminæ frons nigricans albidi adspersa.

In Italia superiore et media non infrequens.

Sp. 12. S. INDISTINCTA *Rndn.* — Long. Mill. 7-8.
LUCANA *Rndn.* (♀ var.)

♂ *Antennarum* articuli basales distincte rufi, ultimo nigro: arista longe pilosa.

Palpi extrinsecus fusci, intus plus minusve rufescentes.

Oculi in fronte proximi, orbitis a vitta nigra sejunctis, istis cum facie albo-cinereis.

Thorax totus grisei sub-tectus, antice fusco-lineatus: scutello concolore, tamen limbo lutescente, anguste.

Abdomen ut thorax griseum, segmento penultimo etiam in dorso setis discoidalibus instructo.

Alae basi flavescente et paulo etiam margini anteriori; venis transversis anguste fusco-limbatis: exteriore paulo sinuosa; intermedia contra apici secundæ longitudinalis perfecte opposita: longitudinalibus quarta et quinta extra parum divergentibus.

Calyptra dilute fusco-flavida — *Halteres* rufescentes.

Pedes toti fulvo-testacei, tarsis nigris, tibiis posticis macrochetis duabus retro armatis, supra apicales.

Fæminæ color magis cinerascens: *Frons* albo-cinerei adspersa et subtecta.

Scutellum latius fulvescente-marginatum: *Calyptra* sub albida.

(Nota) Sp. *lucana* Rndn., varietatem esse nunc cogito, fæminæ *indistinctæ;* tamen differt, segmento penultimo abdominis serie setarum discoidali non distincta, et venis longitudinalibus alarum quarta et quinta manifeste magis divergentibus, nec non scutello latius rufescente. Aliis exemplaribus detectis forte sp, iterum separanda.

In exemplare masculo, segmentum secundum abdominis dorso macularum fuscarum vestigio, vix apparente notatum observavi.

Non frequenter lecta in Italia superiore et media.

Sp. 13. S. ANGELICÆ *Scop. Fall. Mgn. Zett. Schin. Rndn.*
FLORICOLA *Desv. Macq.*

Mas. *Antennæ* nigricantes articulis basalibus paulo rufis; arista pilis mediocribus vestita. — *Palpi* nigri.
Facies et *orbitæ* angustæ albo-nitentes.
Thorax fusco-grisescens, tessellis et lineis obscuribus: scutello griseo unicolore; humeris thorace concoloribus.
Calyptra paulo fusco-lutea. *Halteres* rufescentes.
Alæ dilutissime sub-fuscæ, fuscedine circa venas transversas anguste saturatiore.
Abdomen grisei-lutescentis sub-tectum, dorso tessellis paulo fuscioribus: segmento penultimo serie discoidali setarum instructo.
Pedes rufescentes, tarsis nigris: femoribus anticis basi nigricantibus.

Fæm. *Frons* in medio fusca grisei adspersa, orbitis albicantibus.
Abdomen minus lutescens; *Calyptra* albidiora: Femora antica anguste ad basim infuscata etc.

Raro inventa in Italia centrale.

Sp. 14. S. NIGRICOLOR *Fall. Mgn. Zett. Schin. Rndn.*

Mas. Nigricans sub-nitidus: femoribus quatuor posterioribus et tibiis omnibus luteo flavidis; alis fuscescentibus: calyptris sub-fuscis: vena secunda satis producta ultra transversam intermediam.

Fæm. *Alæ* sub-decolores: *calyptra* albicantia; vena secunda longitudinali minus producta.

Præterea, *Oculi* maris in fronte sub-coherentes.

Antennæ angustatæ nigræ, arista longe pilosa.

Palpi filiformes nigri — *Facies* paulo cinerei nitens.

Abdomen obscure cinerascens, linea dorsuali obsoleta nigricante.

Alæ, præsertim margini anteriori fuscescentes: vena transversa exteriore recta. *Halteres* flavicantes.

Pedes femoribus anticis obscure fuscis; tibiis posticis retro seta unica etc.

In Italia centrale raro inventa.

Fæmina prius ignota, vel cum aliis confusa, in agro parmense a me detecta fuit, tempore æstivo.

Sp. 15. S. URBANA *Mgn. Mcq. Zett. Wlk. Schin.*
FERA *Desv.* *Rndn.*
RUSTICA et var: ANGELICÆ *Fall.*

Color corporis variat a griseo-cinerascente ad lutescentem.

Similis S. *Angelicæ* et ejusdem characteres fere omnino præbet, sed difert, statura certe majore, grisescentia corporis magis cinerea, et præcipue vena secunda longitudinali alarum paulo ultra, non contra, transversam intermediam costali conjuncta: transversa exteriore magis obliqua, et abdominis segmento penultimo setis discoidalibus in dorso destituto.

Fæminæ quoque a fæminis *urbanae* distinctæ sunt, femoribus anticis non neque anguste ad basim nigricantibus.

Cætera circiter, utriusque sexus, ut iu S. urbana.

Frequens in tota Italia saltem continentale.

Sp. 16. S. ALPESTRIS *Rndn.* (G. Aspilia).

♀ *Antennæ* ut *palpi* nigræ: arista longe pilosa.

Facies et orbitæ albo-grisei sericeæ; vitta frontale nigra, albi versicolore.

Corpus griseo-luteum, thoracis lineæ anticæ, et abdominis linea dorsali intermedia obscuris.

Alæ grisescentes, basi et paulo etiam costa flavo-fulvis; venis omnibus, sed magis transversis anguste luteo-limbatis: longitudinalis secunda contra transversam intermediam costali connexa: quarta et quinta extrinsecus distincte divergentibus.

Calyptra fulvescentia — *Halteres* rufi.

Pedes rufo-testacei, tarsis totis nigris; tibiis intermediis retro spinis, circiter sex in duas series dispositis; posticis multisetosis.

Abdominis segmentum penultimum, in dorso, setis discoidalibus caret.

Mas ignotus. Fæminas duas alpinas possideo a me lectas.

Sp. 17. S. SUNDEWALLI *Zett. Rndn.* (G. Aspilia)

♂ *Corpus* griseo flavicans: *Palpi* nigri — *Facies* sublutei nitens.

Antennæ nigræ: arista breviter pilosula.

Thorax dorso dilute fusco-lineatus, scutello unicolore griseo-luteo.

Abdominis linea dorsualis obscura: segmentis duobus ultimis etiam in disco setigeris.

Alæ vix grisescentes, basi et partim margine antico sub-flavidis; venæ longitudinales quarta et quinta extrinsecus parum divergentes: venis transversis non infuscatis, exteriore sub-recta: intermedia contra apicem sita secundæ longitudinalis.

Calyptra paulo fusco-flavida — *Halteres* pallide rufi.

Pedes nigri, geniculis tibiisque rufo-testaceis: tibiis intermediis retro setis pluribus in series duas dispositis: femoribus posticis inferne longe setigeris.

Marem unicum possideo in alpibus pedemontanis lectum, dono Eq. Garbiglietti.

Sp. 18. S. ALLOTALLA? *Mgn. Rndn.* (G. Aspilia)

♀ Nigra, paulo grisei adspersa.

Antennæ ut *palpi* nigræ, arista plumata.

Facies paulo albi nitens: frons in medio vitta lata nigricante.

Epistomium porrectum.

Thorax dorso antice obsolete obscurius lineato; scutello concolore.

Abdomen vitta dorsuali ad basim, obscuriore; segmento penultimo, ut præcedentia, setis discoidalibus destituto.

Alæ sub-limpidæ, basi et partim costa flavo-ferrugineis: venis longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus satis divergentibus: quintæ segmentum penultimum parum brevius præcedente: spinula costali valida.

Calyptra luteo-subflavida — *Halteres* rufescentes.

Pedes nigri geniculis anguste sub-rufis: tibiis intermediis spinis pluribus armatis retro et extra.

In ditionis tridentinæ montibus elatioribus semel legit fæminam Prof. Strobel.

An certe Sp. Meigenianæ referenda, cujus mas tantum notus?

Sp. 19. S. RUPESTRIS *Rndn.* Long. ♀ mill. 7. (G. Aspilia).

Fæm. Nigricans, grisei-lutei, sub-tecta.

Palpi ut *Antennæ* nigri, istarum arista longe pilosa.

Facies grisei nitens cum orbitis; vitta frontali testacea, postice fusca cum vertice — *Oculi* nudi.

Thorax cum scutello unicolor, lineis obscuris sub-indistinctis.

Abdomen vitta dorsuali intermedia distincte fusciore: segmento penultimo etiam in disco superne setigero.

Alæ sub-limpidæ, basi fusco-flavescente: venis

longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus non distinte divergentibus: transversa exteriore recta: intermedia apici opposita secundæ longitudinalis.

Pedes nigri, tibiis intermediis spinulas retro et extra ferentibus; posticis retro macrochetis circiter quatuor armatis etc.

Specimen unicum fæmineum in apennino parmensi legi.

Sp. 20. S. TIROLENSIS *n*. Long. fæm. mill. 7.
(G. Aspilia)

Fæm. Statura, habitu, et notis pluribus similis *rupestri* sed non tantum consideranda ejusdem varietas; difert enim.

Colore corporis toto griseo cano, non lutescente; facie cum orbitis alba, non grisea: vitta frontali nigricante albidi adspersa, non testacea, et oculis, quamvis vix apparenter ad lentem validam subhirtuli, non nudi; et etiam abdominis cinerei, vitta fusca dorsualis non observanda.

Cæteris characteribus similis præcedenti.

Unicum specimen obtinui a Prof. Strobel, qui eum legit in montuosis agri tirolensis.

Sp. 21. S. PUBICHETA *Rndn.* (G. Aspilia)

Nigricans, fusco-grisei paulo adspersa: facie sub-albida.
Palpi ut *antennæ* nigri; istarum arista breviter pilosula.
Epistomium satis porrectum et sub-reflexum.
Thorax cum scutello, ut *abdomen* unicoloria, nec tessellata, nec vittata.
Alae dilutissime flavi tinctæ, basi et partim ad costam fusco–flavidæ: venis longitudinalibus quarta et quinta vix extrinsecus divergentibus: transversa exteriore recta: spinula costali distincta.
Calyptra sub-albida — *Halteres* flavo-testacei.
Pedes nigri, femoribus posticis inferne totis longe setosis; tibiis anticis in latere anteriore setulosis; intermediis setas plures retro et extra ferentibus.
Raro in alpibus pedemontanis a Prof. Bellardi inventa.

Sp. 11. S. GLACIALIS *Rndn.* Long. fæm. mill. 7. (G. Aspilia)

♀ Atra vix grisei paulo adspersa, facie, genis, et orbitis albo–nitentibus, vitta frontali lata, nigra opaca.
Antennae ut palpi nigræ (arista carent).
Caput ultra oculos distincte productum.
Thorax dorso paulo cinerascente lineis nigricantibus distinctis.
Abdomen superne totum setosum.
Calyptra albo-sublutea — *Halteres* nigri.

Alae fuscedine dilutissima umbratæ, basi ut paulo etiam costa saturatiore: venis nigris, costali crassa, et præsertim contra apicem longitudinalis primæ, breviter sed distincte pectinata.

Pedes tibiis quatuor posterioribus undique setosis: tarsis anticìs subtus setulis parvis sed distincte ciliatis.

Unicam fæminam in montuosis Insubriæ captam, olim a Clar. De Cristofori mediolanensi obtinui.

Nota. Characteribus capitis satis producti, alarum costæ distictæ pectinatæ, nec non tibiarum et tarsorum notis etc. forte Generi proprio adscribenda; sed tantum novi generis institutio proponenda, quando exemplaria completa, et masculorum notæ distinctivæ cognoscantur, et tunc nomine prius adhibito, si genus adoptatum erit, nuncupandum ASPILIA Rndn.

Sp. 23. S. BRUMALIS *Rndn.* Long. Maris mill. 4 (G. Aspilia)

♂ Tota atra, vix facie paulo albidi nitente.

Antennae breves sub medium oculorum insertæ: arista breviter pilosula.

Oculi in fronte, quamvis breviter, coherentes.

Abdominis dorso segmenta ultima etiam in disco setosa.

Alae sub–fuscæ, basi et costa obscurioribus: venis longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus sub

parallelis: transversa exteriore recta: intermedia contra apicem sita secundæ longitudinalis.

Calyptra sub–albida, lutei marginata.

Halteres capitulo nigro, stipite rufescente.

Pedes tibiis intermediis retro et extra setosis: anticis extra setulosis: femoribus præsertim posticis inferne setulis et pilis longe subvillosis.

Mascula aliqua olim obtinui a D. Marietti entomologo mediolanensi, qui ea legit in montuosis elatioribus Insubriæ.

Nota. Nisi vena septima, scilicet ultima postica, alarum a margine posteriore paulo remota esset, Gen. *Anthomyiae* referenda, nam aliquæ species generìs hujus aristam nisi pilosulam, saltem pubescentem præbent.

Sp. 24. S. VESPERTINA *Fall. Mgn. Zett. Wlk. Schin. Rndn.*
FUMOSA *Macq. Wlk?*

♂ Nigra, sub-nitida, parum griseo-micans, facie paulo albicante.

Oculi in fronte arcte coherentes. *Arista* longe pilosa.

Alae fuscanæ: vena transversa exteriore recta.

Calyptra sordide alba — *Halteres* pallide testacei.

Pedes nigri, tibiis intermediis retro tantum pauci setulosæ; posticis setula unica retro munitis, supra apicales.

Similis anth. *umbraticae* Fall. (G. Yetodesia Rndn.) a qua vero statim dignoscenda, oculis nudis, non hirtis.

Proxima etiam S. *nigricolori* Fall., sed distinctissima, colore pedum nigro non testaceo; et vena longitudinali secunda contra, non satis ultra, transversam intermediam costali conjuncta etc.

In tota Italia legitur frequenter, aut saltem in superiori et media.

Sp. 25. S. FUNERALIS *Rndn.* Long. Maris mill. 5-6
(G. Aspilia)

♂ Niger, facie et fronte paulo albo-nitentibus.

Oculi in fronte non contigui, orbitis lineola nigra sejunctis.

Antennae breves, supra medium oculorum orientes; arista pilis mediocribus vestita·

Thorax dorso paulo grisescente, vittis nigris distinctis: scutello in medio griseo-fusco, lateribus nigricante.

Abdomen superne griseo-fuscum, segmento basali late et duobus intermediis tessellis duobus amplis dorsualibus nigris, tessellis sub-quadratis.

Calyptra sub-albida — *Halteres* flavo-lutei.

Alae nigricantes, limbo postico minus infuscato: venis longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus sub parallelis; transversa exteriore sub-recta: intermedia contra apicem sita secundæ longitudinalis.

Pedes tibiis intermediis retro et extra setigeris: femoribus posticis in medietate apicali tantum setis longis inferne armatis etc.

Ab *Anthomyia dispari* Mgn. distinguenda, *oculis* certe nudis: *arista* pilis longiusculis prædita: *tessellis* nigris abdominis latioribus etc.

Mares tantum aliqui inventi fuerunt, in apennino parmensi.

Sp. 26. S. COTHURNATA *Rndn.*

Nigricans grisei sub-tectus; facie et orbitis albo-nitentibus.

Antennae ut palpi nigræ, articulo ultimo duplo longiore præcedentibus: arista brevissime pilosula, sub-pubescente.

Oculi in maris fronte subcontigui.

Thorax cum scutello concolore griseus, lineis obscuris dorsi vix perspicuis.

Abdominis sub-cinerei, segmenta tria prima dorso late maculato, maculis duabus nigris, vel fuscis: aliquando in segmento primo deletis.

Halteres pallide testacei — *Calyptra* albicantia.

Alae fuscedine diluta tinctæ, margine antico saturatiore: venis transversis late et distincte fusco-limbatis: exteriore recta: intermedia secundæ longitudinalis apici opposita.

Pedes nigri; tibiis posticis rufescentibus, basi ut apici anguste fuscis: intermediis retro tantum pauci-setosis; illis et istis in latere interiore crebre quamvis breviter villosulis.

Fæm. *Vitta frontalis* late nigricans, postice grisea — *Thoracis* lineæ obscuræ distinctiores. *Alae* minus

fuscescentes; *Abdominis* maculæ nigræ dorsuales parum perspiciendæ, et aliquando etiam subnullæ: tibiæ intus non villosulæ etc.

In Italia superiore et media non frequenter lecta.

Sp. 27. S. CALCEATA *Rndn.* Long. mill. 7.

Mas. Migricans, fusco-griseus, facie et orbitis albo-nitentibus.

Oculi in fronte non sub-contigui, et linea nigricante inter orbitas.

Antennae ut palpi nigræ; arista pilis mediocribus vestita.

Thorax dorso vittis obscurioribus distinctis; scutello toto griseo ut thorax.

Abdominis segmenta intermedia dorso nigro-bimaculata, maculis mediocribus sub-rotundatis: segmenta posteriora et omnium margines setosissima.

Calyptra albida — *Halteres* flavo-testacei.

Alae sub-limpidæ, vena quinta longitudinale paulo incurva, et apici a præcedente sub-divergente: transversa exteriore recta, vel subrecta.

Pedes nigricantes, apice femorum, et tibiis totis testaceis: intermedii femoribus inferne longe setosis, et tibiis propriis setula aliqua tantum retro munitis: tibiis anticis extra setis 3-4 præditis.

Fæm. *Frons* vitta lata nigra: *Abdominis* maculæ dorsuales minus obscuræ et minus latæ, setis tibiarum anticarum extra nullis etc.

In Italia superiore raro inventa.

Sp. 28. S. CÆSIA *Macq. Rndn.*

Similis præcedenti sed manifeste minor, et diversa.

Mas a mare *calceatæ* difert, Abdomine satis minus piloso et setoso: femoribus intermediis inferne setis majusculis aliquibus tantum prope basim instructis: tibiis anticis extra setula unica sub intermedia distincta.

Fæm. ab eodem sexu *calceatae* distincta tibiis anticis nigricantibus etiam ad geniculos.

Uterque sexus distinguendus arista pilis longioribus plumata, colore magis cinerascente, et vena transversa exteriore alarum magis vel minus sinuosa.

Non frequens in Italia tota: fæminam siculam quoque possideo.

Sp. 29. S. QUADRIMACULATA *Fall. Mgn. Zett. Schin.* (Limnophora). *Rndn.*

♂ Corpus nigricans, grisei plus minusve tectum.

Antennæ ut *palpi* nigræ, arista brevissime pilosa.

Facies et *orbitæ* albo-nitentes; istis latiusculis, in fronte linea nigra sejunctis.

Thorax cum scutello griseus, vix antice obscure lineatus.

Abdomen sub-cinerascens, segmentorum secundi et tertii dorso nigro–bimaculato, maculis latiusculis sub–trigonis; ultimi punctis duobus nigricantibus ad marginem posticum signato.

Calyptra sub-alba — *Halteres* flavo–lutei.

Alæ sub-limpidæ, venis transversis fusco-marginatis, quarum intermedia apici opposita secundæ longitudinalis: spinula costæ valida.

Pedes nigri, tibiis posticis antice villosis: intermediis retro tantum paucis setis præditis.

Fæm. frons griseo-cana, vitta lata nigricante: pedes tibiis posticis non villosis: maculæ nigræ abdominis minus obscuræ etc.

Exemplar istius etruscum tibias posticas paulo rufescentes præbet.

Raro legitur in Italia superiore et media.

Sp. 30. S. VENOSUS *n*. Long. ± mill. 7.

Mas. Nigricans grisei–sub–ferruginei adspersus, *facie* et *fronte* cinerascentibus.

Oculi in fronte breviter coherentes.

Antennæ ut *palpi* nigræ, arista pilis longiusculis vestita.

Thorax cum scutello unicolore, vittis quatuor nigricantibus, saltem antice distinctis, signatus.

Abdomen segmentis duobus intermediis dorso nigrobimaculatis, maculis mediocribus, non trigonis.

Calyptra infuscata — *Halteres* pallide lutei.

Alæ basi, costa partim, et *venis* transversis et longitudinalibus fere totis in limbo, fuscis distincte: transversa exteriore obliqua et longiore distantia ab intermedia, quæ paulo extra sita est secundæ longitudinalis apicem.

Pedes nigri.

Fæm. non observata.

Marem tantum legi in Apennini parmensis colle.

Sp. 31. S. SIGILLATA *Rndn.* Long. mill. 5.

♂ Nigricans, cinerei sub–tecta: facie et orbitis albo–nitentibus.

Oculi in fronte non coherentes, orbitis latiusculis, linea nigra sejunctis.

Antennæ ut *palpi* nigræ; arista breviter pilosula.

Thorax dorso fasciolis duabus lateralibus nigris, latiusculis; aliquando parum perspicuis: scutello griseo, puncto nigricante basali ad unumquodque latus.

Abdomen dorso nigro–sex–maculato; segmenti primi maculis parvis, duorum sequentium latis.

Calyptra albida — *Halteres* pallide lutei.

Alæ sub–limpidæ, vena transversa exteriore recta: longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus sub parallelis.

Pedes nigri, parce setosi.

♀ *Frons* grisea antice macula nigra retro bifida notata.

Scutelli maculæ laterales, et abdominis dorsuales, minus nigræ et minus determinatæ.

Non frequenter legitur tempore æstivo in Italia superiore et media.

(Nota) Non confundenda cum Anth. *maculosa* Mgn. a qua certe diversa: *Abdomine* sex, non octo maculato, pedibus satis parce setosis etc.

Sp. 32. S. NOTATA *Fall. Mgn. Macq. Zett. Schin. Rndn.*

Similis præcedenti sed magis grisei quam cinerei sub-tectus: et precipue distinguendus:

Arista pilis longiusculis vestita, non brevissimis.

♂ *Thoracis* dorso antice late bimaculato, et in medio fascia lata transversa nigricante, aliquando non satis distinctis.

Scutello late nigro, margine griseo, non basis lateribus nigro-maculato, alibi grisèo-cinereo.

♀ *Thoracis* fascia transversa nigricante in medio divisa vel sub-divisa.

Scutello griseo macula basali intermedia fusco-nigricante etc.

Raro legitur in Italia centrale.

Sp. 33. S. OBSIGNATA *Rndn.* Long. mill. 4.

Similis S. *notatæ*, sed minor, magis cinereus et fasciis maculisque nigrioribus et magis perspicuis: præterea distinctus.

♂ *Thoracis* fascia atra nigredini scutelli non conjuncta vitta intermedia.

Scutello basi late atro, apice cinereo.

Abdominis maculis dorsualibus, magis latis, subtrigonis, ad latera postice productis.

♀ *Thoracis* maculis et fascia transversa integra, atris ut in mare.

Scutello pari modo basi atra, apice cinereo.
Abdominis maculis nigris magis transversis etc.
Cætera ut in præcedente.
Italiæ meridionalis incola: uterque sexus misit Doct. Schembri ex Insula Melita, et marem siculum obtinui a D. Mina-Palumbo.

Sp. 34. S. DUPLICATA *Mgn. Macq. Zett. Schin. Rndn.*
NIGRIPES *Desv.*

Nigricans. grisei sub-tectus: facie et orbitis albidis.
Antennae ut *palpi* nigræ: *arista* longe pilosa.
♂ *Oculi* in fronte sub-coherentes.
Thorax cum *scutello* grisescens, lineis quatuor dorsualibus obscuris.
Abdominis segmenta duo intermedia dorso bimaculata, maculis latiusculis, sub-trigonis
Calyptra alba — *Halteres* flavescentes.
Alœ sub-limpidæ, venis transversis aliquando anguste et leniter fusco-cinctis: exteriore sub-recta vel parum flexa: intermedia apici opposita secundæ longitudinalis.
Pedes nigri, tibiis intermediis retro tantum spinulis paucis præditis: posticis retro 3-4 setosis, et antice non villosis.
♀ *Vitta* frontali nigra didima:
Abdominis maculæ nigricantes, aliquando parum observandæ.
In Italia superiore et media inventa.

Sp. 35. S. CARBONELLA *Zett. Schin. Rndn.*

Nigricans, vix partim grisei adspersa; facie albo-nitente, ut orbitæ.

Antennæ ut *palpi* nigræ; arista pilis mediocribus vestita.

♂ *Oculi* in fronte sub-coherentes.

Thorax superne niger, sub-nitens, non obscurius lineatus: scutello fere toto nigro-nitido exilissime cinerei marginato.

Abdominis grisei segmentum primum nigrum linea marginali postica cinerea; segmenta duo sequentia dorso atro-bimaculato, maculis segmenti secundi latioribus et longioribus; tertii subtrigonis.

Calyptra albicantia — *Halteres* pallide-lutei.

Alæ sub-fuscæ, iridescentes: vena transversa exteriore sinuosa, longitudinalibus quarta et quinta paulo extrinsecus divergentibus: secunda costalem attingente circiter contra transversam intermediam.

Pedes nigri, tibiis posticis setula unica retro præditis; intermediis ut in *duplicata*, illis et istis antice non villosis.

♀ *Scutellum* nigrum apice griseo.

Abdominis maculæ magis transversæ.

Alæ non fuscescentes etc.

Rarissimo lecta in collibus ditionis parmensis.

G. XIII. LIMNOPHORA *Desv. Macq. Rndn.*
Melanochelia (*prt.*) *Rndn.* — **Aricia** *Zett.*
Anthomyia *Mgn. Wdm.*

CHAR. GEN.

Oculi nudi; in fronte maris modice approximati, vitta interposita angusta sed distincta.
Arista sub-nuda, vel vix ad lentem puberula.
Calyptrorum squamæ inferæ a superis basi partim tectæ.
Alarum vena secunda non spinulosa: septima, seu ultima postica marginem posteriorem non attingens, sed non brevissima, nec spuria axillare contra ejusdem apicem incurva.
Pedes longitudine ordinaria; femoribus anticis etiam in mare simplicibus; tibiis posticis non manifeste incurvatis etc.

SPEC. ITALICÆ.

A. *Tibiæ* intermediæ et posticæ retro setula unica præditæ.
a. *Abdomen* in dorso macula magna nigra, non maculis quatuor discretis signatum.

Sp. 1. L. RIPARIA *Fall.*

(G. Melanochelia *Rndn.*)

aa. *Abdomen* dorso maculis quatuor discretis notatum.

Sp. 2. L. SURDA *Zett.*

AA. *Tibiæ* intermediæ et posticæ macrochetis pluribus retro et extra armatæ. (G. Limnophora).

b. *Pedes* toti etiam in tibiis nigri.

c. *Arista* puberula.
Femora intermedia subtus non late setigera.

Sp. 3. L. LITOREA *Fall.*

cc. *Arista* omnino nuda.
Femora intermedia subtus late setigera.

Sp. 4. L. COMPUNCTA *Mgn.*

bb. *Pedes* tibiis rufescentibus.

Sp. 5. L. ALBIFRONS *Rndn.*

Observ. et Synonim.

Sp. 1. L. RIPARIA *Fall. Zett. Rndn.*

Speciei L. *surdæ* proxima sed satis distincta, præcipue notis sequentibus.
Frons alba lineis nigris marginata.
Os distincte porrectum — *Oculi* maris distincte remotiores.

Thoracis dorsum nigricante trivittatum, vittis angustis, non ut in *surda* satis latis.

Abdomen dorso macula magna nigricante, lateribus dentatis, non maculis quatuor latiusculis, discretis; signatum.

Cætera tamen circiter ut in *surda*.

In pedemontio raro lecta a Prof. Bellardi.

Sp. 2. L. SURDA *Zett. Rndn.*

Fusca, sub-cinerea; *palpis, antennis, pedibus* totis, et *vitta* frontali fusco-nigris: *facie* et *orbitis* albo-nitentibus ♂ — albo-luteis ♀

Thoracis dorsum fusco-trivittatum, intermedia vitta ad scutellum producta, isto nigricante in mare, grisescente in fæmina.

Calyptra alba — *Halteres* pallide lutei.

Abdomen dorso segmentorum secundi et tertii nigro-bimaculato, maculis in mare latiusculis sub trigonis; in fæmina magis transversis et minus obscuris; segmenti ultimi macula fusca, præsertim in mare distincta.

Alæ sub-limpidæ: venis longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus sub-parallelis; secunda vix aut non producta ultra transversam intermediam: transversa exteriore sub-recta.

Pedes nigri, parcissime setulosi.

Fæminæ frons lata, macula didima nigra, lateribus albo-cinereis, vel albo-lutescentibus.

Raro lecta in Italia superiore et centrale.

Sp. 3. L. LITOREA *Fall. Mgn. Zett. Schin. Rndn.*

Fusca, grisei sub-tecta, *facie* et *orbitis* albis nitentibus.
Antennœ ut *palpi* nigræ; arista non omnino nuda sed sub–puberula.
Oculi maris in fronte non sub-contigui, sed orbitis non angustissimis disjuncti.
Thorax dorso fusco-trivittato, scutello griseo lateribus basis aliquando nigricantibus: vittis thoracis exterioribus latiusculis.
Abdomen segmenti primi dorso in medio sæpe brunneo; secundi et tertii maculis duabus mediocribus nigris sub–trigonis notato, tamen in fæmina minus obscuris, interdum, parum distinctis: segmenti quarti macula fusca frequenter signato.
Halteres flavidi — *Calyptra* albicantia.
Alœ sub-limpidæ, venis transversis paulo fusco-cinctis; exteriore sub-recta; intermedia apici longitudinalis secundæ opposita.
Pedes nigri, tibiis quatuor posterioribus multisetosis.
Specimina italica non vidi, sed facilius apud nos etiam legenda.

Sp. 4. L. COMPUNCTA *Wdm. Mgn. Zett. Schin. Rndn.*

♂ Nigricans, griseo-fusci sub-tectus, *facie* et *orbitis* cinerei nitentibus.
Antennœ ut *palpi* nigræ, arista nudiuscula — *Oculi* remotiusculi.
Genae ad epistomium supra vibrissas ordinarias setulis pluribus vestitæ.

Thorax dorso vittis quatuor obscurioribus; scutello nigricante.

Abdomen segmento primo nigro, postice grisei anguste limbato: segmentis duobus sequentibus dorso nigro bimaculato, maculis mediocribus, sub trigonis; ultimo macula obscura dorsuali notato.

Calyptra sub-fusca — *Halteres* pallide testacei.

Alae dilute fuscescentes, basi fusciores; venis transversis non fusci manifeste limbatis: exteriore et intermedia ut in *Litorea* positis.

Pedes nigri tibiis quatuor posterioribus plurisetosis, femoribus inferne setis validis longe armatis.

♀ Frons lata, vitta nigra, postice maculam cineream includente.

Scutellum griseum. *Calyptra* albidiora — *Alae* sub-limpidæ.

Abdominis maculæ dorsuales minus nigræ, angustiores et interdum parum perspicuæ etc.

Rarissima in Italia media.

Sp. 5. L. ALBIFRONS *Rndn.*

♂ Cinereus, *fronte*, *facie*, et *orbitis* albo-sericeis.

Oculi in fronte remotiusculi, sed orbitis non angustis, contiguis.

Antennae ut *palpi* nigræ; arista puberula, fere pilosula.

Thorax scutellumque unicoloria.

Calyptra albissima — *Halteres* pallide lutescentes.

Alae sub-limpidæ, spiuula costali validiuscula: vena

transversa exteriore recta: intermedia contra apicem sita secundæ longitudinalis, et fere paulo extra.

Abdomen singulo segmento, in dorso, maculis duabus nigricantibus notato, intermediis latioribus et distinctioribus.

Pedes femoribus et tarsis nigris, tibiis anticis basi, et posterioribus totis rufescentibus.

Mascula aliqua tantum in Pedemontio lecta fuerunt a Prof. Bellardi.

G. XIV. POLIETES *Rndn.*

Aricia *Macq. Mgn. Zett. Rndn. Schin.*
Anthomyia *Mgn. Wlk.*
Musca *Fab. Fall.* — **Macrosoma** *Desv.* (*)

Char. Gen.

Oculi hirti in fronte maris sub-contigui.

Antennae longæ, articulis primis brevibus: *arista* longe pilosa.

Carinae faciales crebre ciliatæ a vibrissis usque contra basim articuli ultimi antennarum: *Peristomio* sub oculos satis producto.

Calyptra squamis superis valde brevioribus inferis.

(*) Nomen Macrosomæ, generibus sex animalium spectat, et prius adhibitum, inde hic mutandum.

Alarum vena transversa exterior valde obliqua, et antice magis distans ab intermedia quam ab apice longitudinalis quartæ: intermedia satis ante apicem longitudinalis secundæ sita: longitudinali ultima postica marginem posteriorem non attingente sed longa.
Pedes multi-setosi.

Sp. Italica unica.

Sp. 1. P. lardaria *Fab. Fall. Mgn. Macq. Zett. Wlk. Schin. Rndn.*

Inter majores familiæ propriæ.
Nigra, facie flavicante-sericea: vittis thoracis, et abdominis tessellis albo-cinereis: puncto albido supra antennas.
Antennae, palpi et pedes nigra.
Thorax cum scutello cinerascentis adspersus, vittis nigris quatuor saltem antice perspicuis: cicatrice sub-humerali grisea.
Calyptra sordide alba, in fæmina albidiora — *Halteres* petiolo testaceo, capitulo nigricante.
Alae sub-limpidæ, limpidiores in fæmina.
Pedes nigricantes, tibiis anticis extra plurispinosis: intermediis, retro spinulis aliquibus et una etiam extra armatis.
Faeminae, frons lata, vitta ampla opaca nigricante vel obscure rubiginosa, orbitis albicantibus.
Vulgaris in tota Italia.

G. XV. YETODESIA *Rndn.*
Aricia *Desv. Mcq. Mgn. Zett: p. Rndn.*
Anthomyza *Fall. Zett: p.*
Anthomyia *Mgn. Wlk*
Spilogaster (*prt.*) *Schin.* - **Musca** *Lin. Fab. Rossi.*
Genera plura *Desv.*

CHAR. GEN.

Oculi hirti, raro in fæmina pubescentes tantum; in fronte maris satis proximi nisi sub-contigui.
Carinae faciales non, nisi anguste prope vibrissas ciliatæ.
Arista antennarum pilosa vel pilosula, non nuda nec sub-nuda.
Calyptrorum squamæ superæ inferas non omnino tegentes.
Alarum vena transversa exterior magis proxima intermediæ quam apici quintæ longitudinalis: ultima postica margini alarum non producta sed non brevis.
Tibiae intermediæ retro tantum spinulis paucis in serie unica dispositis armatæ.

Spec. ITALICÆ.

I. *Venae quintae* longitudinalis alarum segmentum penultimum longitudine æquale præcedenti, non manifeste brevius.
a. *Antennae* totæ etiam basi nigricantes;
Sp. 1. ERRATICA *Fall.*

aa. *Antennae* articulis primis manifeste rufo-testaceis.

Sp. 2. ERRANS *Mgn.*

II. *Venae quintae* longitudinalis segmentnm penultimum manifeste brevius præcedente.

b. *Femora* omnia vel quatuor posteriora rufescentia.

c. *Scutellum*, nisi totum vel late, saltem apice distincte rufescens, vel testaceum; si vix limbo apicali subrufo, tunc pedes maxima parte fulvescentes.

d. *Abdomen* non neque basi rufo-lutescens nec testaceum.

e. *Antennae* articulis basalibus rufescentibus.

Sp. 3. SIGNATA *Mgn.*

cc. *Antennae* etiam basi nigricantes.

Sp. 4. TINCTIPENNIS *Rndn.*

dd. *Abdomen* saltem basi late rufescens vel testaceum.

f. *Abdomen* dorso haud nigro-punctato.

g. *Abdominis* dorsum vitta nigricante dorsuali longitudine et latitudine varia, sed semper basi quamvis brevissima distincta.

Sp. 5. VARIEGATA *Mgn.*

gg. *Abdomen* nisi totum rufescens postice fuscum, vel obscure irregulariter maculatum, sed basi numquam vitta nigra, neque brevissima distincta.

h. *Thorax* totus nigricans vel fuscus, ad summum humeris anguste rufescentibus.

i. *Antennae* vel totæ nigricantes, vel articulis primis si paulo rufescentibus tunc tertio toto etiam ad radicem nigro.

Scutellum fere totum rufum.

Sp. 6. SCUTELLARIS *Falt.*

ii. *Antennae* articulis primis et basi tertii distincte rufis. *Scutellum* late fuscum limbo tantum et apice subrufis.

Sp. 7. BITINCTA *Rndn.*

hh. *Thorax*, nisi totus, late testaceus, saltem lateribus fascia integra rufescente ab humeris ad scutellum.

k. *Thorax* griseo-fuscus fascia tantum ad unumquodque latus testacea, integra, ab humeris ad scutellum.

Sp. 8. STOLATA *Rndn.*

kk. *Thorax* vel totus testaceus, vel dorso tantum partim, et maculis pectoris nigricantibus vel obscure fuscis.

l. *Thorax* non totus rufescens, sed dorso partim obscure fusco, et pectoris maculis nigricantibus.

Sp. 9. LATERITIA *Rndn.*

ll. *Thorax* totus pallide testaceus.

Sp. 10. PALLIDA *Fab.*

ff. *Abdomen* dorso punctis quatuor fuscis notato.

Sp. 11. ABDOMINALIS *Stæg.*

cc. *Scutellum* totum fuscum vel griseum, si apici vix testaceum pedes nigricantes.

n. *Abdomen* basi late pallidum flavo-lutescens, sub-hyalinum.

Sp. 12. INSULARIS *Rndn.*

nn. *Abdomen* fuscum vel griseum unicolor.

o. *Abdomen* punctis quatuor dorsualibus nigris vel nigricantibus.

p. *Arista* brevissime pilosula.

Sp. 13. LASIOPHTHALMA *Macq.*

pp. *Arista* pilis longis vestita.

Sp. 14. QUATUORNOTATA *Mgn.*

oo. *Abdomen* dorso non determinate nigro-punctatum,

q. *Venæ* transversæ alarum non, aut sub-indistincte fusco-limbatæ.

r. *Antennæ* articulis primis distincte rufis.

s. *Palpi* rufescentes.

Sp. 15. RUFIPALPIS *Macq.*

ss. *Palpi* nigri.

Sp. 16 NIGRIPALPIS *Rndn.*

rr. *Antennæ* etiam basi nigricantes.
t. *Vitta frontalis* in utroque sexu rufescens.

Sp. 17. BOLETICOLA *Rndn.*

tt. *Vitta* frontalis nigricans.
u. *Calyptra* et basis alarum fulvescentia.

Sp. 18. BASALIS *Zett.*

uu. *Calyptra* et basis alarum sub-decoloria.

Sp. 19. DILUTA *Rndn.*

qq. *Venæ* transversæ alarum late et distincte fusco-limbatæ.
v, *Femora* antica rufescentia — *Oculi* maris in fronte sub-contigui.

Sp. 20. RUFICRURA *Rndn.*

vv. *Femora* antica nigricantia — *Oculi* maris in fronte remotiusculi.

Sp. 21. FUSCATA *Fall.*

bb. *Pedes* femoribus omnibus nigricantibus, aut posticis tantum raro sub-rufis.
x. *Tibiæ* magis vel minus rufescentes, saltem partim.
z. *Femora* postica sub-rufa.

Sp. 22. MANICATA *Rndn.*

zz. *Femora* omnia nigricantia.
y. *Venæ transversæ* alarum distincte fusco-limbatæ.

Sp. 23. LÆTA *Fall.*

yy. *Venæ* transversæ alarum haud manifeste fusco-limbatæ.
w. *Abdomen* dorso vitta intermedia nigricante lata, angulosa.
Maris *tibiæ posticæ* intus et antice setulis non ciliatæ.

Sp. 24. VIVIDA *Rndn.*

ww. *Abdomen.* dorso vitta nigricante angusta, non angulosa.
Maris *tibiæ posticæ* intus (non antice) setulis ciliatæ.

Sp. 25. ALPINA *Rndn.*

xx. *Tibiæ* omnes ut femora nigræ vel nigricantes, raro fusco-piceæ.
A. *Abdomen* basi plus minusve late testacea sub-hyalina.
B. *Abdomen* dorso non nigro-vittato.
Alarum venæ transversæ haud manifeste fusco-limbatæ.

S. 26. SEMICINEREA *Wdm.*

BB. *Abdomen* dorso nigricante-vittato et tessellato.
Alarum venæ transversæ distincte fusco-limbatæ.

Sp. 27. SEMIDIAFANA *Rndn.*

AA. *Abdomen* nigricans vel fuscum, sed non neque partim testaceum.

C. *Abdomen* dorso nec punctis nec maculis nigricantibus determinatis notatum.

D. *Alarum vena secunda* longitudinalis, satis producta ultra transversam intermediam.

Sp. 28. SOLIFUGA *n.*

DD. *Vena secunda* longitudinalis, non aut vix ultra transversam intermediam producta.

E. *Venæ* transversæ alarum non distincte fusco-limbatæ.

F. *Alæ* præsertim maris, distincte infuscatæ.
Tibiæ posticæ setula unica, supra apicales, retro munitæ.

Sp. 29. UMBRATICA *Mgn.*

FF. *Alæ* non, neque in mare distincte infuscatæ.
Tibiæ postice setis saltem duabus, supra apicales, retro armatæ.

G. *Tibiæ posticae* maris antice ciliatæ.
Femora intermedia subtus setis validis non armata.

Sp. 30. VARIABILIS *Fall.*

GG. *Tibiae* posticæ in parte anteriori non ciliatæ.
Femora intermedia setis validis inferne armata; saltem ad basim.

Sp. 31. INCANA *Hffg.*

EE. *Venae transversae* alarum distincte fusco-limbatæ.
H. *Scutellnm* fuscum, grisescens, unicolor.

Sp. 32. ALBO-LINEATA *Fall.*

HH. *Scutellum* macula nigra signatum ad unumquodque latus, et apici plus minusve testacei limbatum.

Sp. 33. MERIDIONALIS *Rndn.*

CC. *Abdomen* dorso punctis vel maculis quatuor determinatis nigris vel nigricantibus signatum.
I. *Alae* basi et costæ haud distincte nigricantes. *Tibiae* posticæ in latere anteriori non ciliatæ.

Sp. 34. LUCORUM *Fall.*

II. *Alae* basi et costæ partim nigricantes. *Tibiae* posticæ maris antice ciliatæ.

Sp. 35. NIVALIS *Zett.*

Observ. et Synonim.

Sp. 1. Y. ERRATICA *Fall. Mgn. Mcqrt. Zett. Rndn. Schin.*

Congenerum major: Corpus fuscum, grisescens: *Caput* canum.

Antennae nigræ articulis primis rufescentibus: arista longe pilosa.

Thorax antice lineis quatuor obscuris dorsualibus: *Scutello* fulvescente.

Abdomen tessellis fuscis nitidis variegatum: apice summo fulvo-limbato.

Alae sub-griseæ, basi paulo fusco-flavidæ: vena secunda longitudinalis distincte producta ultra transversam intermediam: quintæ longitudinalis segmentum penultimum longitudine sub-æquale præcedente, et non duplo brevius ultimo: transversa exteriore sinuosa.

Calyptra albida flavo-lutei marginata: *Halteres* pallide testacei.

Pedes omnes fulvescentes, tarsis nigricantibus.

Maris *oculi* hirti, in fronte vix orbita angusta sejuncti: tomentosi in fæmina, vitta intermedia fusca late remoti: præterea.

Scutellum late ad basim fuscum: *alarum* venæ omnes et totae, paulo, præsertim in fæm: fusco-limbatæ.

In tota Italia legitur etiam insulari, et in plagis aliquibus fræquentissima.

Sp. 2. Y. ERRANS *Mgn. Macq. Zett. Rndn.*
ERRATICA *Fall. var. B.*

Similis habitu *erraticae*, sed satis distincta.
Statura semper minore, et præcipue.
Antennis totis nigricantibus, non basi rufis: præterea.
Alæ minus griseæ; venis non, aut valde minus, fusco-limbatis: calyptris albidioribus etc. sed alii characteres circiter ut in præcedente.
Minus frequenter cum *erratica* legitur.

Sp. 3. Y. SIGNATA *Mgn. Macq. Zett. Wlk. Schin. Rndn.*

Duabus præcedentibus proxima, sed distincta: ab *erratica*, statura semper minore: *femoribus* anticis, magis vel minus late ad basim nigricantibus: alarum venis transversis magis et longitudinalibus minus et fere nihil fusco-limbatis. etc: ab *errante* antennarum articulis primis rufescentibus, non ultimo concoloribus; et femoribus anticis nigricantibus, non ut posteriora rufo-testaceis: ab utraque vero diversa, vena secunda longitudinali non producta ultra transversam intermediam, et quintæ longitudinalis segmento penultimo, manifeste breviore, non sub-æquale præcedente: cætera ut in *errante* circiter.
In tota Italia frequentissima, fere in toto anno entomologico.

Sp. 4. Y. TINCTIPENNIS *Rndn.* Long. ♂ mill. 8.

♂ Fusco-griseus, sub-lutescens; *facie* in genis, cinereo-sub-lutei nitente, ut orbitæ: istæ in fronte angustissime connexæ.

Antennae ut palpi nigræ, etiam basi; arista longe pilosa.

Oculi hirti. — *thorax* antice in dorso fusco-quatuor vittatus:

Scutello nigricante grisei adsperso, apice rufescente.

Abdomen vitta dorsuali et tessellis nigricantibus: segmentis duobus ultimis setarum serie discoidali, præter marginalem, præditis — *Calyptra* luride sub-flava — *Halteres* pallide testacei.

Alae sub-fuliginosæ, præsertim in parte anteriore apicali, macula costali inter venas duas primas fusciore: venis transversis fuscedine obscuriore limbatis: venis dispositis ut in Y *signata.*

Pedes rufo-testacei, femoribus anticis, apice excepto nigricantibus, tarsis totis nigris.

Marem unicum inveni mense Junio in luco collino ditionis parmensis.

Sp. 5. Y. VARIEGATA *Mgn. Schin. Rndn.*
POPULI *Macq.* (escl. synon.)

♂ *Caput* et *Thorax* nigricantia, cinerei cani adspersa.

Antennae totæ etiam basi nigræ; arista pilis mediocribus vestita. — *Palpi* sub-testacei.

Oculi in fronte linea nigricante sejuncti.

Thorax dorso vittis quatuor nigricantibus, antice distinctis:

Scutello lateribus extrinsecus rufis: humeris aliquando paulo sub-rufis — *Calyptra* pallidissime lutescentia, squamis inferis saturatioribus. — *Halteres* fulvescentes.

Abdomen flavo-testaceum, sub-translucidum, linea exilissima ad suturas segmentorum, et fascia aut vitta dorsuali maxime variabili, nigris: fascia nunc lata, nunc augusta; vel brevis vel longa, lateribus irregularibus sed semper basi etiamsi brevissima, observanda.

Alae paulo fuscescentes, saltem antice et circa venas.

Pedes rufo-testacei, tarsis nigris: in aliquo exemplare femora antica paulo infuscata vidi.

♀ *Frontis* vitta lata nigricans. Alæ limpidiores: etc.

In Italia superiore et media, non infrequens: mensibus a Martio ad Junium, in collibus parmensibus legitur.

Sp. 6. Y. SCUTELLARIS *Fall. Zett. Schin. Rndn.*
POPULI *Mgn. Wlk, Macq.?*

Similis habitu et statura Y. *variegatae*, tamen distinctissima.

Antennarum articulis primis rufescentibus, tamen non rufis.

Thoracis humeris semper, et macula postica ad unumquodque latus fusco-rufis: *Scutello* latius, nisi fere toto testaceo.

Abdomine vel toto testaceo, linea tantum exili nigricante ad suturas, vel apice fusco, aut nigricante irregulariter tincto, sed vitta dorsuali nigra non manifesta, præsertim ad basim.

Palpi, *Alae*, *Calyptra* et *pedes* ut in *variegata.*

In Pedemontio, Emilia et Etruria non raro legitur.

Sp. 7. Y. BITINCTA *Rndn.* Long. mill. 6-8.

Similis Y. scutellari et affinibus, sed certe diversa.

Antennarum articulis primis manifeste rufo-testaceis:

Arista pilis longis vestita: *Facie* et *orbitis* albo-nitentibus.

Scutello fusco, sub-griseo, limbo apicali tantum rufescente.

Abdomine in mare toto testaceo-pallido, in fæmina paulo fusci variegato, in utroque sexu albidi adsperso, et suturis segmentorum haud nigricante lineatis.

Thorace nec humeris nec maculis posticis lateralibus rufescentibus distincto. — *Calyptra* magis albida.

Palpi alæ, halteres et pedes ut in *Scutellari* circiter.

Rarissimo inventa in collibus agri parmensis, tempore æstivo.

Sp. 8. Y. STOLATA *Rndn.*
PALLIDA (*prt.*) *Fall.*
POPULI *Zett.* (*non Mgn. nec alior.*)
TESTACEA *Slœg. et De Roser* (*in scheda*) *non Fabr.*

Ab *Anthomya populi* Mgn. cui a cl. Zetterstedtio relata, distincta cognoscitur fasciis testaceis lateralibus in thorace integris, ab humeris ad scutellum, dum speciei meigenianæ humera tantum rufescentia, et aliis notis varietatibus *scutellaris* Fall. pertinere videtur. Sp. nostra vero a *scutellari* dignoscitur, non solum fasciis integris lateralibus thoracis, sed etiam articulis primis antennarum et basi tertii semper et distincte testaceis: characteribus istis a *bitincta* etiam differt, sed præcipue *scutello* toto rufo, non limbo tantum rufescente, et *abdomine* non albidi asperso, sed toto flavo fulvo sub-translucido, lineisque exilissimis obscuris ad suturas segmentorum.
Nullo modo confundenda cum Ant: testacea Fab. cujus oculi nudi.
Alæ circiter ut in *scutellari*, et aliis notis pedum, palporum etc. præcedenti similis.
Rarissimo lecta in apennino parmensi, fæmina tantum; mares possideo danicum et germanicum, certæ fæminis nostris referendos.

Sp. 9. Y. LATERITIA *Rndn.* Long. mill. 10 circ.

Similis *stolatae*, *pallidae* et affinibus, sed omnibus major, et distincta; a *stolata*, *thorace* fere toto flavo–testaceo, dorso tantum antice obscuro, maculis paucis pectoris fuscis, et metathorace sub scutellum nigricante: *antennis* articulis primis tantum non etiam basi tertii rufis: *abdominis* suturis segmentorum non neque exilissime fusco–lineatis etc.

A *pallida* vero difert, maculis fuscis pectoris, et dorso thoracis antice obscuro, non thorace toto fulvo-testaceo etc.

Præterea *oculi* in *lateritia* breviter hirti in mare; vix tomentosi in fæmina: *Palpi* testacei, sed apici paulo obscuri, non raro.

Calyptra præsertim in mare flavida, ut *halteres*, et *abdomen*.

Alarum vena transversa exterior sinuosa: *Pedes* flavidi tarsis nigris.

Abdomen sæpe in masculis apici infuscatum.

Non frequenter legitur in Emilia, et Etruria, et Insubria:

Sp. 10. Y. PALLIDA *Fab. Fall. Mgn. Zett. Macq. Schin. Rndn.*
TESTACEA *De G.*

Corpore fere toto pallide testaceo a congeneribus omnibus distinguenda: *abdomen* tantum præ–

sertim in mare, ad apicem magis vel minus infuscatum: *tarsi* omnes nigricantes, et non raro metathorax sub scutellum paulo fuscus observatur.
Vulgaris in tota Italia.

Sp. 11. Y. ABDOMINALIS *Stgr. Zett. Wlk. Rndn.*

Caput grisei nitens: *Antennae* nigricantes, articulis basalibus rufis, arista breviter pilosula: — *Oculi* hirti, in fronte maris vix orbita angustissima sejuncti — *Palpi* testacei.

Thorax fuscus, grisei adspersus, humeris paulo rufescentibus; scutello, extrinsecus sub-rufo, intus fusco.

Alae basi et costa paulo lutescentibus, venis transversis manifeste fusco-limbatis, satis proximis: longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus satis divergentibus

Calyptra sordide flavicantia in mare, sub-albida in fæmina.

Abdomen basi late sub testaceum, paulo sub-translucidum; in dorso tessellis quatuor obscuris nitidis signatum, duobus in segmento secundo, duobus obscurioribus in tertio: apice in mare nigricante.

Pedes pallide testacei, tarsis nigricantibus.

Faeminae frons lata, cinerascens, macula didima nigricante

Abdomen fere totum testaceo-rufescens, tessellis quatuor dorsualibus, sub-ferrugineis etc.

Non frequens, in Italia superiore.

Sp. 12. Y. INSULARIS *Rndn.*

♂ *Facies* et *orbitae* albicantes, istis in fronte vix linea exilissima nigricante divisis.

Antennae totæ etiam basi nigrae, arista longe pilosa.

Palpi rufescentes apice fusco.

Thorax fuscus, grisei adspersus, vittis quatuor obscuris dorsualibus antice distinctis, scutello thorace concolore, non neque apice rufescente.

Calyptra albicantia; *Halteres* flavo-testacei.

Abdomen late pallide testaceum, sub-translucidum, apice fusco: non distincte tessellatum.

Alae costa dilute fusco-lutescente, venis transversis fusco-limbatis, exteriore sinuosa, cætera circiter ut in *abdominali*. *Pedes* sub-testacei, tarsis nigricantibus.

Marem tantum in Sardinia legit. Prof. Bellardi.

Sp. 13. Y. LASIOPHTHALMA *Macq. Rndn.*
PERTUSA *Zett.* (*excl. synon.*)

Fusca grisei adspersa; *Antennae* tota nigræ, arista breviter pilosa — *Oculi* in mare longe, in fœmina breviter pilosuli: *Palpi* extrinsecus nigricantes, intus paulo rufescentes.

Thorax cum scutello fusco-lutescente adspersus, ut *Abdomen*, in cujus dorso puncta quatuor observantur, parva, nigra et in mare distinctissima, et in fæmina minus perspicua et aliquando subdeleta.

Alae paulo grisei lutescentes, præsertim antice in maribus: venis transversis, nunc parum nunc distincte fusco-limbatis.

Calyptra sordide flavida: *Halteres* flavo-testacei.

Pedes fulvescentes, tarsis nigris, femoribus anticis in masculis plus minus basi infuscatis.

Fæminæ frons lata cinerascens, in medio nigricans: *Calyptra* sub-albida etc.

In Italia superiore et media non infrequens.

Sp. 14. Y. QUATUORNOTATA *Mgn. Macq. Zett. Schin. Rndn.*

Fusca, grisei adspersa, genis et orbitis albicante-sericeis.

Antennae ut *Palpi* nigræ, sed illarum articulis basalibus distincte rufis: arista longe pilosa.

Thorax cum scutello toto fusco-griseus, antice in dorso nigricante quatuor vittatus.

Abdomen griseo-sub-lutescens, fusco-nitidi paulo tessellatum, et maculis quatuor dorsualibus distinctioribus in mare, et nigricantibus: in fæmina vel parum perspicuis, vel sub deletis.

Calyptra sub-albida — *Halteres* pallide testacei.

Alae costa dilute paulo fusco-flavida; venis transversis, magis vel minus fusco-limbatis.

Pedes rufo-testacei, tarsis nigris.

Sp. 15. Y. RUFIPALPIS *Macq. Rndn.*

Fusca, griseo–sub–lutei adspersa: *Palpi* testacei.

A*ntennae* nigricantes, articulis primis rufescentibus: arista longe pilosa: — *Oculi* in mare sub-cohe-rentes in fronte, et hirti; in fæmina tomentosi tantum.

T*horax* grisescens, dorso antice fusco–quatuor vit-tato, scutello omnino thorace concolore — *Caly-ptra* sub–flavida ut *Halteres.*

A*bdomen* non nigricante maculatum, vitta tantum dorsuali plus minusve fusco-obscura.

A*lae* sub-limpidæ, venis transversis paulo fusco-limbatis.

Pedes omnes et toti, in utroque sexu flavo–testacei, tarsis nigris.

Non frequenter lecta in collibus Italiæ centralis.

Sp. 16. Y. NIGRIPALPIS *Rndn.*

♀ Similis fæminae *rufipalpi*, a qua vero statim distin-guenda colore nigro *palporum,* non rufo: sed aliis notis etiam difert, scilicet, statura paulo majore: *fronte* omnino cinerea, non antice late nigra; et *venis* alarum quarta et quinta ad apicem magis divergentibus.

Alii characteres circiter ut in *rufipalpe*: A*ntennae* basi rufescentes: A*bdomen* vitta tantum dorsuali nigricante; *Scutellum* totum fusco-griseum – A*lae*

venis transversis paulo fusco limbatis; *Pedes* rufescentes, tarsis nigris etc.

Fæminæ aliquæ tantum a me lectæ fuerunt in Appennino parmense.

Sp. 17. Y. BOLETICOLA *Rndn.*

Habitu, statura, et colore similis *rufipalpi* Macq. et affinibus, sed ab illa et ab istis distinguenda, ut ex notis sequentibus.

Antennae totæ, etiam basi nigræ, ut *palpi*: arista longe pilosa.

Frontis vitta interocularis antice testacea in utroque sexu.

Oculi maris in fronte sub-coherentes, et breviter pilosi, in fæmina fere sub-nudi.

Thorax fuscus grisei adspersus, scutello grisescentia sub-lutea tecto.

Abdomen griseo-lutescens, vitta dorsuali exile nigricante: segmentis tertio et quarto setis pluribus etiam discoidalibus instructis.

Calyptra sub-flavicantia — *Halteres* pallide lutescentes.

Alae basi et costa dilutissime sub-flavidis, venis transversis non fusco-cinctis, exteriore sinuosa.

Pedes fulvo-testacei, tarsis nigris, fæmoribus anticis in mare plus minusve ad basim infuscatis: tibiis anticis extra non setigeris.

Rara in montuosis sub-apenninis Italiæ centralis. Exemplaria aliqua speciei obtinui, a larvis in Boleto lurido viventibus.

Sp. 18. Y. BASALIS *Zett. Rndn.*

Corpus grisescentia snb-flavida tectum, facie sericei-nitente.

Antennae totæ, ut palpi nigræ: arista longe pilosa.

Thorax dorso antice viltis quatuor, et *abdomen* vitta longitudinali intermedia, nigricantibus; scutello unicolore griseo-flavido.

Calyptra obscure-flavescentia: *Halteres* pallide rufi.

Alae dilutissime fusco-flavæ, basi et costa saturatioribus; venis præsertim transversis fuscedine levissima cinctis: transversa exteriore sinuosa.

Pedes toti rufo-testacei, tarsis tantum nigris.

A Sp. præcedente *boleticola* difert, non solum rufescentia frontis nulla in utroque sexu, sed etiam tibiis anticis extra bi vel trisetosis, et femoribus anticis etiam in mare totis rufescentibus: præter staturam paulo majorem, picturam magis flavidam etc. tamen setæ discoidales adsunt in segmentis duobus ultimis, ut in præcedente.

In Italia superiore alpina et apennina non infrequens.

Sp. 19. Y. DILUTA *Rndn.*

Nigra, sub-nitida, vix cinerei levissime adspersa.

Antennae totæ ut palpi nigræ; arista longe pilosa.

Oculi breviter, in mare, et brevissime pilosuli in fæmina: in fronte primi ab orbitis modice latis paulo remoti.

Facies et orbitæ albo-nitentes. Frons fæm: vitta lata nigra.

Thorax et *scutellum* unicoloria, ut abdomen.

Calyptra alba — *Halteres* pallide rufi.

Alae sub-limpidæ, venis non aut vix apparenter fusco-limbatis: transversa exteriore recta.

Pedes luteo-testacei, tarsis nigris; femoribus anticis in masculis late obscure fuscis, et aliquando etiam in fæmina.

Similis *fuscatae* Fall. sed satis distincta:

Alarum venis transversis non distincte fusco-limbatis; exteriore recta non sinuosa, et absentia vittæ fuscæ dorsualis posticæ thoracis, in scutello productæ.

A *ruficrura* cui proxima difert etiam, *fronte* maris orbitis lineola fusca sejunctis non-contiguis: femoribus saltem maris in pedibus anticis late fuscis, non ut sequentes rufo-testaceis, et venis transversis alarum non distincte fusco-limbatis etc.

Rarissimo lecta in collibus sub-appenninis Italiæ centralis.

Sp. 20. Y. RUFICRURA *Rndn.*

Similis *dilutae* sed distincta statura multum majore, et aliis notis ut supra indicatis; præterea *thoracis* dorsum postice vittam fuscam præbet, in medio basis thoracis productam, quamvis minus distinctam quam in *fuscata*, sed saltem basi scu-

telli punctum fuscum distinctum observatur: et antennæ articulis primis paulo subrufis: quæ nota affinitatem istius cum *nigripalpe* demonstrat, a qua tamen distinctam esse cogito, venis transversis *alarum* fusco-cinctis et scutelli basi in medio distincte fusco-notata, non tota ut alibi cinerea.

A *fuscata* vero sequente dignoscenda femoribus omnibus etiam anticis rufis; oculis masculorum in fronte magis proximis et orbitis conjunctis, non a vitta fusca sejunctis: etc.

Rarissimo lecta in Appennino parmense.

Sp. 21. Y. FUSCATA *Fall. Mgn. Zett. Rndn.*

Corpus fuscum, cinerei adspersum, facie et orbitis albo-sericeis.

Oculi in fronte maris remotiusculi, orbitis vitta nigricante intermedia sejunctis; brevissime hirti, in fæmina vix ad lentem validam puberuli, late remoti, fascia fusca intermedia.

T*horax* dorso antice in medio lineis duabus obscuris distinctis, postice vitta fusca intermedia in basim scutelli producta.

A*bdominis* dorsum cinerascens, in medio serie macularum nigricantium pictum, maculis basi segmentorum angustis apici dilatatis, in masculis satis perspicuis, in fæmina vix aut fere nihil observandis, sed abdomen paulo tantum fusco-tessellatum.

Calyptra albicantia — H*alleres* pallide rufescentes.

Alae sublimpidæ, vix basi et costæ paulo turbidæ, venis transversis distincte fusco-limbatis.

Pedes flavido-testacei, tarsis nigris, femoribusque anticis in utroque sexu late obscure fuscis.

Variat statura, et pictura abdominis in mare.

Antennae ut palpi nigræ, aliquando basi paulo rufescentes observantur. etc.

In Italia superiore et media non frequens.

Sp. 22. Y. MANICATA *Rndn.*

Praecedentibus nonnullis habitu similis, sed ab illis vel istis distinguenda, antennis nigricantibus articulis primis rufis; *arista* longe pilosa, palpis nigris; oculis hirtis, in fronte maris sub-contiguis.

A *signata* vero, cui proxima, difert etiam statura paulo majore, et *abdominis* segmento ultimo setis exilibus, plurimis, sparsis, non series duas transversas constituentibus.

Ab ista tandem et ab omnibus faciliter dignoscenda colore femorum, quorum non omnia, nec quatuor posteriora rufescentia, sed duo tantum postica, quatuor anterioribus nigricantibus.

In montuosis alpinis rarissimo lecta a Prof. Bellardi.

Sp. 23. Y. LÆTA *Fall. Mgn. Macq. Zett. Schin. Rndn.*

Fusca griseo-cinerei adspersa: facie et orbitis albido-sericei nitentibus.

Oculi in fronte maris remotiusculi, orbitis mediocriter angustis, a vitta nigra sejunctis modice lata.

Antennæ ut palpi nigræ omnino, arista longissime pilosa.

Fœminæ *frons* albidi tecta.

Thorax lineis quatuor nigris interruptis, præsertim exterioribus in maculas longiusculas divisis, dorsualibus: postice superne vitta fusca intermedia, producta in scutellum, isto griseo-cano vitta intermedia distincta obscura, ab apice remota.

Abdomen griseo-cinerascens obscure tessellatum, vittis intermediis in seriem longitudinalem dispositis nigricantibus.

Calyptra alba — *Halteres* pallide rufescentes.

Alæ sub-limpidæ venis transversis fuscedine nigricante marginatis, et vitta nigra, exili, sed distincta, ante originem venarum longitudinalium tertiæ et quartœ.

Pedes femoribus nigricantibus, geniculis et non raro etiam basi rufescentibus, ut tibiæ totæ; tarsis nigris: maris tibiis posticis intus (non antice) serie setularum brevium ciliatis.

Raro, in Italia centrali inventa.

Sp. 24. Y. VIVIDA *Rndn.*

♀ Cinerascens et similis mari *lætæ*, sed diversus, præcipue,

Oculorum orbitis in fronte sub-contiguis, non vitta nigricante sejunctis.

Thoracis lineis dorsualibus nigricantibus, non neque exterioribus in maculas disticte sejunctis.

Abdominis dorso vitta dorsuali angulosa nigra distincta, sed alibi haud nigricante tessellatum.

Alarum costa paulo infuscata, et inter venas duas-primas distinte fusciore: transversis non nigricante marginatis, quarum exteriore magis sinuosa.

Tibiis posticis intus serie setularum non ciliatis etc.

Mares aliquos in montuosis sub-alpinis Prof. Bellardi invenit.

Sp. 25. Y. ALPINA *Rndn.*

♀ Nigricans paulo griseo-sub-lutescens.

Oculi in fronte contigui.

Thoracis dorsum antice nigricante quatuor lineatum.

Scutellum thorace concolor et unicolor.

Abdomen vitta dorsuali angusta nigricante.

Alæ dilute fuscæ, basi et costa sub-flavidis; venis transversis haud manifeste fusco-limbatis, exteriore sinuosa.

Calyptra fusco-flavescentia — *Halteres* pallide subtestacei.

Pedes femoribus omnibus nigricantibus, tibiis saltem late fusco-rufis, tarsis nigris: femoribus posterioribus quatuor aliquando minus obsuris, subpiceis etc.

Similis habitu *basali* Zett. a qua tamen distinguenda primo intuitu femoribus omnibus nigricantibus vel fusco-pieeis, non anticis tantum, vel nullis.

Mares paucos invenit in montuosis alpinis Prof. Bellardi.

S. 26. Y. SEMICINEREA *Wdm. Mgn. Macq. Zett. Rndn.*

HYALINATA *Fall. Rndn.* — SUBHYALINA var.? *Rndn.*

Fusca, grisei adspersa, facie et orbitis albidi sericeis.

Antennæ nigricantes etiam basi, arista breviter pilosa.

Palpi nigri — Oculi maris in fronte arcte coherentes.

Thorax cum scutello toto grisescens.

Calyptra albicantia breviter ciliata — *Halteres* pallide flavi.

Alæ paulo turbidæ præsertim in costa, masculorum: vena transversa exteriore recta: intermedia vix ante apicem sita secundæ longitudinalis.

Abdomen sordide flavescens, sub-hyalinum, incisuris segmentorum linea nigra signatis, maris segmento apicali toto nigricante, nigredine aliquando in segmento præcedente, saltem in dorso extensa.

Pedes nigri, aliquando nigricante picei: tibiis posticis in mare, intus (non antice) serie setularum ciliatis: tarsis anticis lateribus subciligeris, articulo penultimo seta aliqua longiore extra munito.

Exemplaria duo mascula in Germania lecta, olim cl. De Roser mihi transmisit, quæ in omnibus cum exemplaribus *semicinereæ* conveniunt, exceptis *abdominis* segmentis duobus ultimis, non apicali tantum obscure fuscis, et *pedibus* fusco-piceis non certe nigris, quibus differentiis ea speciei diversæ pertinere credidi, et in collectione mea locavi, nomine distincta

A. *subhyalina* mihi.

Nunc tamen dubito an de juvenibus agatur Sp. *semicinereæ*, in quibus color pedum pallidior, et abdominis obscurior, ratione etatis observatur.

In Pedemontio Insubria et Emilia non frequenter legitur.

Sp. 27. Y. SEMIDIAPHANA *Rndn.*

Fusca, grisei adspersa: facie et orbitis albicantibus.

Maris, *Oculi* longe pilosi, in fronte non coherentes, orbitis interpositis non angustissimis, lineola exili nigricante sejunctis.

Antennæ nigræ, basi paulo rufescentes: arista plumosula.

Palpi picei — *Calyptra* sub-albida — *Halteres* pallide flavi.

Thorax cum scutello concolore grisei adspersus, vix ad latera fusco-vittatus.

Abdomen basi flavo-luteum, sub-translucidum, postice fusco-griseum, vitta dorsuali, et tessellis lateraralibus ad apicem segmentorum secundi et tertii nigro nitidis.

Alæ sub-limpidæ, venis transversis manifeste fusco-limbatis, exteriore paulo sinuosa et obliqua.

Pedes picei, femoribus magis obscuris, ut tarsi.

Mas tantum lectus a Prof. Bellardi in montuosis alpinis.

Sp. 28. SOLIFUGA *n.* Long. mill. 5.

♂ Nigricans, grisei adspersa; *abdomine* paulo olivaceo, fusco sub tessellato, *thorace* cum scutello unicolore magis nigro.

Antennæ totæ ut *palpi* nigræ, arista longe pilosa.

Oculi in fronte sub coherentes, vertice elevato, ocellis distinctis.

Calyptra paulo fusco-lutea. *Halteres* pallide testacei.

Alæ paulo infuscatæ, præsertim antice: venis transversis haud fusco-limbatis, exteriore recta vel sub-recta: intermedia manifeste ante, non contra apicem sita secundæ longitudinalis: quarta et quinta extrinsecus vix divergentibus.

Pedes nigri, tibiis tamen paulo piceis, omnibus intus snb-nudis; femoribus posticis inferne apici tantum longe setosis.

Ab affinibus pluribus faciliter distinguenda longitudine venæ secundæ longitudinalis, distincte productæ ultra transversam intermediam.

Mares aliquos tantum inventos in Apennino bononiensi observavi.

Sp. 29. Y. UMBRATICA *Mgn. Zett. Rndn.*

Nigra, abdomine sub-olivaceo, nitida, facie et orbitis albo-nitentibus.
Antennæ ut *palpi* nigræ etiam basi; arista longe pilosa.
Oculi maris in fronte sub-coherentes, vertice elevato ocellifero.
Thorax atro-niger, non manifeste vittatus, scutello sub-olivaceo.
Abdomen grisei nitens, vitta dorsuali intermedia nigra, longa.
± *Calyptra* dilute fusco-lutea. *Halteres* pallide testacei.
Alœ maris nigricantes, limbo postico satis dilutiore: vena tsansversa exteriore recta: intermedia apici longitudinalis secundæ perfecte opposita: quarta et quinta extrinsecus sub-parallelis.
Pedes toti nigri, parce setosi, ut in præcedente *solifuga*.
Similis habitu et colore *Spilogastro vespertino*, sed oculis hirtis statim dignoscenda.
Fœminæ *alae* sub-decolores, *Calyptra* minus fusca, *abdomen* magis griseum etc.
Non frequens in Italia superiore et media.

Sp. 30. Y. VARIABILIS *Fall. Mgn. Zett. Schin. Rndn.*

± Fusca, grisei adspersa, facie et orbitis albo-nitentibus.
Oculi in maris fronte sub-contigui, vix orbitis exillissimis sejuncti.

Antennæ totæ, ut palpi, nigræ, arista longe pilosa.
Thoracis dorsum antice vittis duabus nigricantibus signatum, scutello concolore toto — *Abdomen* nigro-glaucum grisescentia æquali sub-tectum — *Calyptra* sub-flavida ut *Halteres*.
Alæ basi flavescentes, costa et limbo venarum omnium paulo infuscatis: transversa exteriore recta vel subrecta; intermedia contra apicem sita secundæ longitudinalis.
Pedes nigri, femoribus posticis longitudinem abdominis sub-æquantibus, inferne setis validis per totam longitudinem ciliatis; tibiis propriis antice longe setigeris.
Fœminam non vidi, sed diagnosibus auctorum noscitur, magis flavido-grisescentem esse, et alarum calyptrorum etc. colore magis diluto; tibiarum posticarum ciliis anticis nullis distinctam etc.
Raro lectus mas in Apennino ditionis parmensis.

Sp. 31. Y. INCANA *Wdm. Mgn. Macq. Zett. Wlk. Schin. Rndn.*
NEMORUM *p. Fall.*

Nigricans, grisei adspersa, facie et orbitis albo-nitentibus.
♂ *Oculi* in fronte ab orbitis angustis lineola nigra sejunctis, separati.
Antennæ totæ, ut palpi nigræ, arista longe pilosa.
Thoracis dorsum grisescens, fusci antice lineatum, scutello concolore, sub-olivaceo fusco.

Abdomen grisescentia magis perspicua, tessellis fusco-olivaceo-nitidis, parum observandis, indeterminatis.

Calyptra flavicantia — H*alteres* pallide lutei.

Alae basi et paulo etiam costa dilute fusco-flavidis: venis transversis non manifeste fusco-limbatis, exteriore paulo sinuosa, intermedia apici opposita longitudinalis secundæ.

Pedes nigri, simplices.

♀ Magis griseo-cinerascens: *frons* vitta interoculari lata nigra.

Spina costalis satis perspicua: venis transversis alarum fuscedine diluta et angusta cinctis: *Calyptra albidiora* etc.

In montuosis alpinis et apenninis Italiæ superioris et mediæ, non frequens.

Sp. 32. Y. ALBO-LINEATA *Fall. Mgn. Macq. Zett. Schin. Rndn.*

♂ Nigricans cinerei cani subtecta, capite albo-sericeo, vitta frontali obscure fusca.

Antennae ut palpi nigræ etiam basi, arista longe pilosa.

Thorax antice quatuor lineatus, lineis nigris; exterioribus minus observandis; scutello thorace concolore.

Calypra albida — H*alteres* pallide testacei.

Abdomen cinerascens tessellis fuscis, in dorso quatuor magis observandis, maculas tamen non constituentibus determinatas.

Alae sub-decolores: vena transversa exteriore satis sinuosa; intermedia non perfecte apici opposita secundæ longitudinalis, sed paulo ante sita.

Pedes nigri, multisetosi.

Fæminam unicam legi in collibus agri parmensis.

Sp. 33. Y. MERIDIONALIS *Rndn.* Long. mill. 7.

Nigricans, cinerei adspersa: facie et orbitis albo-sericeis.

♂ *Oculi* in fronte sub-contigui, satis hirti.

Antennae totæ etiam basi nigrae, ut palpi: arista plumosa.

Thoracis dorsum antice vittis quatuor nigris signatum, exterioribus interruptis: scutello superne cinerascente, lateribus distincte ad basim nigro-vittato; apice sub-lutei marginato, et punctis duobus nigris manifestis signato.

Calyptra alba — H*alteres* pallide rufescentes.

Abdomen canescens, fascia dorsuali nigricante irregulari, et tessellis fuscis variegatum.

Alae sub-limpidae, venis transversis manifesto fusco-cinctis, exteriore valde sinuosa, intermedia contra apicem sita secundæ longitudinalis, nisi paulo extra — *Pedes* nigri.

♀ Præter characteres sexuales, similis mari; frontis vitta intermedia nigra opaca postice bifida etc.

In Etruria et Insula Melita lecta fuit a D. Piccioli et Schembri, nuper etiam aliquod exemplar a me inventum in collibus agri parmensis.

Sp. 34. Y. LUCORUM *Fall. Mgn. Macq. Zett. Wlk. Schin. Rndn.*
LUDIFICA *Desv.* (G. Midina).

Fusca, grisei adspersa, genis et orbitis albo-nitentibus.
Oculi in fronte maris sub-coherentes.
Antennae totæ, ut palpi nigræ, arista plumata.
Thorax antice nigro-lineatus, scutello unicolore, et thorace concolore — *Calyptra* sordida, fusco-marginata — *Halteres* rufescentes.
Abdomen grisescens, nigro-tessellatum, et maculis quatuor obscurioribus, determinatis, duabus in dorso segmenti secundi et duobus in dorso tertii.
Alae turbidæ, basi paulo infuscata ut partim costa: venis transversis fusco-cinctis, exteriore distincte sinuosa, intermedia apici secundæ longitudinalis perfecte opposita — *Pedes nigri.*
In Italia superiore et media frequenter legitur, præsertim primo vere.

Sp. 35. Y. NIVALIS *Zett. Rndn.*

♂ Nigra, cinerei adspersa, genis et orbitis albo-sericeis.
Oculi maris in fronte proximi sed non sub-contigui.
Antennae totæ etiam basi nigræ, ut palpi, arista pilis mediocribus vestita.
Thorax dorso sub-cinerascente, antice vittis qua-

tuor nigris distinctis, scutello concolore, et unicolore — *Halteres* capitulo intus fusco.

Calyptra albida, linea pallide flavicante marginata.

Abdomen cinerei adspersum, tessellis nigris, quorum quatuor dorsualibus magis latis sub-quadratis, et distinctioribus.

Alae fuscæ, basi et costa obscurioribus, macula basali antica, et spatio costali inter venas duas primas nigricantibus; venis transversis et longitudinalibus 3ª et 5ª, anguste sed manifeste fusco-cinctis: transversa exteriore paulo sinuosa, intermedia contra apicem sita secundæ longitudinalis: Spinula costæ distincta.

Pedes nigri, tibiis posticis intus sub-barbatis, seu dense villosis.

Semel mas lectus in montuosis Insubriæ elatioribus.

G. XVI. TRICHOPHTHICUS *Rndn.* 1861.

Trichops *Rndn.* 1856 — **Aricia** *p. Zett.*

Lasiops *prt Mgn. Rndn. Schin.*

CHAR. GEN.

Epistomium satis porrectum: *os* setis crebris lateralibus erectis non præditum, sed setis ordinariis vestitum.

Oculi maris in fronte sub-coherentes, in utroque sexu hirtuli — *Arista* vix pubescens, sub-nuda.

Antennae breviusculæ, articulis duobus ultimis fere æcque longis.

Alae vena septima longitudinali postica, abbreviata, scilicet margini postico non neque apice spurio producta.

Calyptrorum squamæ superæ, inferis paulo breviores.

Femora antica simplicia: tibiæ intermediæ retro et extra seta aliqua præditæ etc.

Sp. ITALICÆ.

a. *Abdomen* niger, læviter grisescens, dorso tessellis nigrioribus notatum.

♂ Tibiæ posticæ appendice longa interiori armatæ.

Sp. 1. ARMIPES *Bellardi.*

aa. *Abdomen* griseo-subcinerascens, non nigro-tessellatum, sed vitta dorsuali nigricante distincta.

♂ Tibiæ posticæ appendice nulla armatæ, sed intus hirtulæ.

b. *Abdomen* incisuris segmentorum non manifeste nigricantibus.

♂ *Halteres* testacei ut in ♀.

Sp. 2. HIRTULA *Zett.*

bb. *Abdominis* incisuræ nigricantes.

♂ *Halteres* capitulo obscure fusco, ♀ testaceo.

Sp. 3. SUB-ROSTRATA *Zett.*

Observ. et Synonim.

Sp. 1. T. ARMIPES *Bellardi Rndn.*

♂ Totus niger, lævissime in dorso grisei adspersus.

Abdomen tessellis nigrioribus intermediis superne notatum.

Calyptra albida — H*alteres* nigricantes.

Alae sub-limpidæ, venis haud fusco-limbatis; transversa exteriore recta: intermedia contra apicem sita secundæ longitudinalis: quarta et quinta extrinsecus paulo divergentibus.

Pedes nigri, tibiis posticis prope basim appendice satis longa, apice interius pectinato, sub ventrem oblique directa, armatis; extrinsecus setis longiusculis ciliatis etc.

Fæm: ignota.

In monte Cinesio semel marem legit, Prof. Bellardi.

Sp. 2. T. HIRTULUS *Zett.*

♂ Nigricans, abdomine paulo griseo, facie et orbitis albicantibus.

Oculi magni, hirti, in fronte coherentes — Os subtus pilosum, porrectum.

A*ntennae* ut palpi nigræ, brevissime puberulæ.

A*bdomen* segmento primo toto, reliquis macula apicali et linea dorsuali nigricantibus, suturis non nigro–lineatis.

A*lae* sub–limpidæ: vena transversa exteriore rectissima; longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus sub–parallelis.

H*alteres* pallide testacei: *Caliptra*, alba squamis superis parum brevioribus inferis.

P*edes* nigricantes, vel nigro–picei, toti pilosi, femoribus posticis longis, tibiis propriis paulo incurvis, villositate erecta undique vestitis, extus pilis aliquot longioribus, et apici setulis 2-3 metatarso adpressis instructis.

Fæmina ignota.

Mascula aliqua olim legi in Apennino parmense.

Sp. 3. T. SUB-ROSTRATUS *Zett. Rndn.*

♂ Nigricans, capite albicante; abdomine griseo–cinerascente.

A*ntennae* satis breves, arista sub–nuda: Oculi in fronte coherentes.

Os valde productum; P*alpi* ut A*ntennae* nigri.

Abdominis vitta dorsualis et incisuræ segmentorum nigricantes — *Alae* hyalinæ, ut in Sp. *hirtula* venosæ.

Calyptra albida — *Halteres* fusci.

Pedes nigricantes, setulosi, tibiis posticis paulo incurvis, et intus setulis brevibus, ciliatis etc.

Fæminas non vidi, quæ abdomen lineis nigricantibus ad incisuras segmentorum destitutum; halteresque pallidos, præter characteres sexuales possident, et tibias posticas non ciliatas etc.

Mares aliquos legit in Pedemontio Prof. Bellardi.

Gen. XVII. LASIOPS *Mgn. Rndn. Schin.*
Aricia *prt. Zett.*

Oculi hirti, praesertim in mare, in cujus fronte sub-contigui.

Antennae longiusculæ, articulo tertio triplo circiter longiore præcedente: arista puberula — *Genae* angustissimæ.

Alarum vena septima postica marginem posteriorem saltem apice spurio attingens.

Calyptrorum squamæ inferæ a superis fere omnino tectae, tamen limbo saltem patente (nisi casu flexæ).

Femora antica simplicia: tibiæ intermediæ retro et extra setulosæ, posticis non distincte incurvis etc.

Sp: ITAL. UNICA.

♂ Habitu similis Anthomyiæ radicum Fab. præsertim pictura abdominis grisei, fasciis transversis et dorsuali longitudinali nigricantibus, sed statim dignoscenda oculis hirtis: præterea.

Thorax grisei paulo adspersus; antice vittis tribus nigricantibus signatus, nunc magis, nunc minus latis et distinctis: scutello nigro, in medio plus minusve nitido.

Antennae ut *palpi* nigræ; orbitæ albo-nitentes.

Calyptra alba — *Halteres* pallide rufescentes, stipitis basi nigro-fusca.

Alae sub-limpidæ, vix basi dilute flavicante, vena transversa exteriore paulo sinuosa: intermedia contra apicem sita secundæ longitudinalis; quarta et quinta ad apicem fere convergentibus.

Pedes nigri, tibiis posticis intus (non antice) setulis brevibus ciliatis.

Mares tantum lecti fuerunt in Emilia, non frequenter.

Gen. XVIII. ANTHOMYIA *Mng. Macq. Rndn. Schin.*
Anthomyza (*prt.*) *et* **Aricia** (*prt.*) *Zett.*
Pegomyia *Macq.* (*prt.*) — **Limnophora**
Musca *Lin. Fab. Rossi Fall.* *Schin.* (*prt.*)
Genera plura *Desv.*

CHAR. GENER. PRÆCIPUI.

Oculi nudi, in fronte maris valde approximati, nisi sub-contigui.
Arista nuda, sub-nuda, aut breviter puberula.
Calyptrorum squamæ superæ, inferas non omnino tegentes.
Abdominis segmentum radicale paulo distinctum.
Alarum vena secunda longitudinalis non spinulosa: septima postica margini, saltem apice spurio, producta.
Pedes femoribus anticis simplicibus; tibiis intermediis retro et extra spinulosis etc.

Spec. observatæ.

a. *Abdomen* et pedes omnino nigra vel nigricantia.
b. *Abdomen* dorso grisescente, fasciis tranversis dentatis nigris, vel integris, vel in maculas divisis.
c. *Thorax* dorso plus minusve grisescente, maculis quinque atris notatus.
d. *Scutellum* atrum macula apicali cana.
Thoracis maculæ duæ laterales posticæ, radices alarum attingentes.

Sp. 1. PROCELLARIS *Rndn.*

dd. *Scutellum* canum, macula atra ad unumquodque latus.
Thoracis maculæ laterales, a radice alarum sejunctæ.

e. *Abdominis* fasciæ atræ etiam maris ut in fæmina in maculas divisæ.
Alarum vena secunda longitudinalis paulo producta ultra transversam intermediam.

Sp. 2. IMBRIDA *Rndn.*

ee. *Abdominis* fasciæ atræ in mare integræ.
Alarum vena secunda non producta ultra transversam intermediam.

Sp. 3. PLUVIALIS *Lin.*

cc. *Thorax* dorso haud atro-maculato.

d. *Thorax* niger, postice in mare albo-sericei maculatus; in eodem sexu, *Abdominis* fasciæ, medietatem basalem segmentorum occupantes.

Sp. 4. ALBICINCTA *Fall.*

ff. *Thorax* totus etiam postice niger, in mare;
Fasciæ atræ *abdominis* segmenta fere tota occupantes, limbo postico tantum cano.

Sp. 5. DEDECORATA *Rndn.*

bb. *Abdomen* nec nigro–maculatum, nec fasciis dentatis nigris cinctum; si fasciæ adsunt obscuræ, non dentatæ sunt.

g. *Abdominis* dorsum grisescens, in mare vitta dorsuali, et fasciolis transversis ad incisuras segmentorum nigris, distinctis, æqualibus: (♀ subnullis).

Sp. 6. RADICUM *Lin.*

gg. *Abdominis* vitta dorsuali intermedia non distincta, fasciolis nigris transversis manifestis, in medio dilatatis, (in mare).

Sp. 7. SULCIVENTRIS *Zett.* (*)

aa. *Abdomen* nisi totum saltem partim rufescens.

h. *Scutellum* saltem basi nigricans vel fuscum, non totum rufescens.

i. *Pedes* nigricantes, vel fusco picei.

Sp. 8. MUTATA *Fall.* (**)

ii. *Pedes* pallide, lutescentes, aut testacei, tarsis tantum nigricantibus, raro vitta aliqua fusca.

k. *Palpi* toti etiam apice flavidi, vel sub–testacei.

l. *Tarsi* in fæmina forma ordinaria, non ad apicem dilatati.

m. *Thorax* totus, etiam ad pleuras, nigricans.

Sp. 9. ULMARIA *Rndn.*

(*) Sp. *Socia* Mgn., ad Gen. *Hydrophoriam* translata, pro arista pilosa.

(**) Sp. *capucina* Zett. nunc in varietatibus *transversæ* Fall. locata.

mm. *Thorax* ad pleuras late et distincte testaceus.

Sp. 10. TRANSVERSA *Fall.*

ll. *Tarsi*, in fæmina, distincte ad apicem dilatati.

Sp. 11. LATITARSIS *Staeg.*

kk. P*alpi*, saltem apice nigro, vel distincte infuscato.
n. *Tarsi*, in fæmina, ad apicem distincte dilatati:

Sp. 12. DIGITARIA *Rndn.*

nn. *Tarsi* etiam in foemina, apice non dilatato.

Sp. 13. NIGRITARSIS *Zett.*

hh. *Scutellum* totum, etiam basi rufescens.
o. P*alpi* ad apicem nigri vel distincte infuscati.
p. *Thorax* in dorso late fuscus — P*alpi* apice determinate nigro.

Sp. 14. FULGENS *Mgn.*

pp. *Thorax* luteo-rufescens etiam in dorso, ubi vitta longitudinalis nigricans distincta.
P*alpi* apice distincte infuscato, sed non determinate nigro.

Sp. 15. VITTIGERA *Zett.*

oo. P*alpi* toti a basi ad apicem fulvescentes, neque apici fusci.
q. T*horax* totus fusco-griseus, vix humeris testaceis;

Sp. 16. FIGULINA *Rndn.*

qq. T*horax* nisi totus testaceus, dorso tantum fusco-griseo.

r. T*horax* in dorso plus minusve late fusco.

Sp. 17. EUPHYPPIUM *Staeg.*

rr. T*horax* totus, etiam in dorso fulvescens.

Sp. 18. DIAPHANA *Fab.*

Diagn. et Synon.

Sp. 1. A. PROCELLARIS *Rndn.*
PLUVIALIS (*var.*) A*uct.*

Similis habitu A. *pluviali* Lin. cum qua facilius confusa, sed eam specifice distinctam esse puto notis duabus constantibus, scilicet.

Scutello fere toto atro, vix parva macula apicali griseo-cana, in utroque sexu, et

T*horacis* maculis duabus posticis exterioribus, radices alarum attingentibus.

A. *Imbridae* nostræ quoque similis, sed statim in masculis fasciarum abdominis integritate dignoscitur, in segmentis 2° et 3°.

Cum duabus affinibus habitat ubique.

Sp. 2. A. IMBRIDA *Rndn.*
PLUVIALIS (*var.*) *auct.*

Similis iterum *pluviali* Lin. et *procellari* Rndn, sed ab utraque mas facillime distinguendus, fasciis nigris abdominis in maculas divisis, ut in alio sexu, etiam in segmentis secundo et tertio.

A *pluviali* vero difert, maculis exterioribus atris thoracis, ad radicem alarum productis, non ab eadem paulo remotis: et a *procellari* pictura scutelli non atro apice cano, sed cano lateribus nigris magis vel minus longe.

Cum duabus proximis permixta ubique legitur, quamvis minus frequenter.

Sp. 3. A. PLUVIALIS *Lin. et auct. omnes.*

Nigricans griseo-cani sub-tecta, *genis* et *orbitis* albo-sericeis, *antennis palpis, pedibusque* nigris: *arista* subnuda.

Oculi in fronte maris sub-coherentes.

Thorax dorso late maculato, maculis quinque atris, duabus anterioribus, tribus posterioribus, quarum duæ laterales a radice alarum paulo remotæ.

Abdominis segmentum basale in medio, et tribus sequentibus fascia atra tri-dentata postice, seu maculis tribus sub-trigonis, in mare connexis, saltem in segmentis 2° et 3° instructa, in fæmina sejunctis.

Calyptra alba — *Halteres* pallidissime sub-flavi.

Scutellum superne in medio et apice canum, lateribus magis vel minus late atris.

Alæ limpidæ, decolores, vena transversa exteriore sub-recta, intermedia contra apicem sita secundæ longitudinalis etc.

Ubique vulgatissima.

Vide notas distinctivas ab affinibus, in diagnosibus duarum præcedentium.

Sp. 4. A. ALBICINCTA *Fall. Mgn. Macq. Zett. Schin. Rndn.*

Nigricans, parva, grisei paulo adspersa, præsertim in fæmina.

♂ *Antennæ* breviusculæ ut palpi nigræ, arista sub-nuda.

Oculi in fronte arcte coherentes: facie et orbitis albo-nitentibus.

Scutellum atrum omnino:

Thorax niger, humeris paulo griseis et postice late albidi nitente maculatum; metathorace cano.

Calyptra alba — *Halteres* pallide flavescentes.

Abdomen basi segmentorum fascia atra transversa, postice tridentata, ad summum medietatem singuli segmenti occupante.

Pedes nigri, simplices, tibiis posticis retro trisetosis, seta intermedia longiore.

♀ Cinerascens, *thorace* postice non albo-nitente: *abdominis* fasciæ nigræ nullæ, sed singulum segmentum ad basim maculis tribus parvis, nigris, discretis notatum. *Frons* orbitis albis, vitta lata interposita nigricante.

Vulgaris in tota Italia etiam insulari.

Sp. 5. A. DEDECORATA *Rndn.*

♀ Similis habitu et statura, mari *albicinctæ* a quo tamen distinctus apparet, præcipue pictura abdominis, et thoracis etc.

Nostræ T*horax* macularum albarum lateris posterioris neque vestigium præbet, etc.

A*bdomen* segmenta fere tota atra possidet, vix margini postico cano vittata; non fascia nigra dentata, in medietate basali tantum extensa.

Præterea tibiæ posticæ retro setulas tres æqualiter breves ferunt, dum in *albicincta*, seta intermedia satis longior semper observatur.

Cætera tamen ut in specie præcedente.

Rarissimo legi mascula tantum in collibus agri parmensis.

S. 6. A. RADICUM *Lin. Fab. Rossi, Fall. Mgn. Zett. Rndn. Schin.*

RUSTICA *Wdm.* — VULGARIS *Desv.*

Nigricans, in mare parum, in fæmina magis griseī adspersa.

Caput albicans, ore paulo porrecto — *Antennae* ut *palpi* nigrae.

♀ *Oculi* in fronte maris arcte coherentes; frons sæpe antice rufescens.

Thorax dorso nigri trivittato, vitta intermedia latiore: scutello toto nigricante — *Calyptra* albida — H*alteres* pallide flavi.

Abdomen sub-cinereum vitta longitudinali in medio dorsi, et lineis ad suturas segmentorum, nigricantibus.

Alæ sub-limpidæ, basi dilute, costa dilutissime saltem inter venas duas primas, fusco-flavidis — *Pedes* nigri.

Frons lata, vitta intermedia nigricante, antice rufa.

Thorax superne vitta nigricante intermedia solum distincta: — *Abdomen* incisuris segmentorum non manifeste nigricantibus, vitta dorsuali quoque parum distincta, etc.

Venae alarum in utroque sexu æquales; transversa exteriore obliqua, sed sub-recta: intermedia contra apicem secundæ longitudinalis sita: longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus sub parallelis etc.

Vulgaris in tota Italia.

Sp. 7. A. SULCIVENTRIS *Zett. Rndn.*

Corpore nigricante, habitu et statura similis A. *radicum* Lin., sed satis diversa, præsertim pictura abdominis, quia in hac vitta dorsualis et lineæ ad suturas segmentarum nigricantes, exiles, non distinctæ, sed maculæ nigræ transversæ basales, in segmentis tribus, in medio dorsi dilatatæ, et ad latera attenuatæ, in grisescentia fusca, non cinerea, observandæ: præterea.

Thoracis dorsum vix sub-grisescens, vittis nigricantibus non aut parum apparentibus.

Cætera circiter ut in A. *radicum*, cujus etiam frons, saltem in exemplaribus juvenilibus, antice paulo rufescit.

Alæ tamen minus limpidæ, et costa minus dilute fuscescente etc.

Non vidi fæminas, et aliquos tantum mares legi in collibus ditionis parmensis.

Nota. Non confundatur cum A*ricia trapezoide* Zett. (Chortophila) cujus oculi in maris fronte paulo remoti, et Calyptrorum squamæ inferæ a superis omnino tectæ, etc.

Sp. 8. A. MUTATA *Fall. Mgn. Zett.*

♂ Nigricans, A*ntennis* etiam basi et palpis concoloribus.

Oculi in fronte arcte coherentes.

T*horax*, cum scutello toto etiam apice nigro-nitidus, non lineatus.

Calyptra læviter fusco-lutea — H*alteres* pallide testacei.

A*bdomen* segmentis tribus luteis, sub-translucidis, apicali et incisuris præcedentium nigricantibus.

A*lae* fuscescentes: vena transversa exteriore subrecta; intermedia contra apicem sita secundæ longitudinalis, aut vix ante.

Pedes nigri tibiis sub-piceis.

Marem tantum legi in Apennino ditionis parmensis.

Sp. 9. A. ULMARIA *Rndn.* — Long. mill. 4-5.

♂ Nigricans, grisei adspersa: facie albo-lutescente; *palpis* et antennarum basi sub-rufis: Fronte ante oculos paulo rufescente.

Thorax dorso cinerascente, fusco-sub-lineato, scutello concolore sed apice plus minusve late testaceo: humeris thorace concoloribus.

Caliptra alba — *Halteres* pallide lutei.

Abdomen sub-testaceum, incisuris segmentorum non aut vix nigricantibus, in segmentis duobus vel tribus: aliquando fusco irregulariter maculatum.

Alae sub-limpidae, circiter ut in A. mutata venosæ, sed vena transversa exteriore minus recta.

Pedes flavo testacei, tarsis fuscis, apice fusciore.

♀ *Frons* antice late fulva: et praeter notas sexuales, mari similis.

Variat humeris griseo-luteis, et scutello latius testaceo.

Marem obtinui ex larva in ulmi carie vivente: fæminas legi non frequenter in collibus ditionis parmensis.

Sp. 10. A. TRANSVERSA *Fall. Mgn. Zett. Schin. Rndn.*
CAPUCINA *Zett.* var.? maris.

♂ Fuscus cinerei adspersus, genis et orbitis albo nitentibus.

Oculi in fronte sub-coherentes — *Palpi* flavidi.

Antennæ nigricantes, articulis basalibus sub-rufis.
Scutellum basi late fuscum, grisei adspersum ut thorax, sed apice testaceo.
Calyptra squamis superis albis, inferis paulo luridis — *Halteres* pallidissimi.
Abdomen flavo-testaceum, incisuris segmentorum anguste nigris.
Alae dilute sub-fuscæ basi paulo lutescente: vena transversa exteriore non rectissima; intermedia vel perfecte apici opposita secundæ longitudinalis, vel paulo ante sita.
Pedes flavo testacei. tarsis fuscis, apici fusciores.
♀ Genæ paulo fulvescentes: frons late rufa antice.
Thorax dorso griseo, humeris et lateribus postice pallide testaceis, ut pleuræ, quæ fusco-maculatæ.
Alae vena transversa exteriore distincte sinuosa etc.
Aliæ notæ antennarum, palporum, scutelli, abdominis et pedum, ut in masculis.
Raro legitur in montuosis Italiæ superioris et centralis.

Sp. 11. LATITARSIS *Staeg. Zett. Schin. Rndn.*

♂ *Palpis*, basi *antennarum*, *scutelli* apice, *pedibusque* rufescentibus, et aliis notis, similis mari *transversae* præcedentis; a quo tamen distinguendus, *Calyptris* infuscatis non sub-albis, *Alis* manifeste et satis fuscioribus, et *abdomine* obscuriore, sub-ferrugineo.

♀ A mare difert, præter notas sexuales, *calyptris* albicantibus; *alis* sub-limpidis, vix ad costam dilutissime sub-fuscis; *abdomine* minus obscuro, luteo-testaceo etc.

A fæmina *transversae* etiam distinctissima, *thorace* toto, etiam ad pleuras et latera, fusco, grisei adsperso non late sub-testaceo, et *frontis* vitta lata intermedia nigricante, non antice late rufa sed vix aut non manifeste sub-rufescente; sed præcipue *tarsis* quatuor posterioribus apice dilatatis.

Rarissimo lecta in montuosis Italiæ centralis.

Nota. Forte mares Sp. istius a Zetterstedtio descripti, quorum Calyptra albida dicuntur, Sp. *transversae* spectant, et *Anth capucinae* ejusdem auctoris mares tantum noti, *latitarsi* referendi, nam distincti tantum videntur articulis primis antennarum non rufescentibus, quod facilius varietatem, non specificam differentiam denotat.

Sp. 12. A. DIGITARIA *Rndn.*

Uterque sexus similis exemplaribus A. *latitarsis* Stæg, sed distinctus praecipue colore palporum, saltem extrinsecus, nigro, non flavescente omnino.

Mas a mare vix statura majore diversus. et antennarum basi minus manifeste rufescente, sed alis fuscis et Calyptris obscuris in utraque specie, mares similes observantur.

Faemina quoque pedum posteriorum dilatationem apicalem et alias notas praebet faem: *latitarsis,* sed si characteres in unico meo specimine observati in aliis reperiantur, satis distincta videtur: Exemplar nostrum *frontem* praebet antice late rufescentem; non vix aut nihil sub-rufam: *humera* sub-testacea, non fusca ut totus thorax; et *alarum* venam transversam exteriorem circiter aequidistantem ab interiore et ab apice quintae longitudinalis, non interiori distinctissime magis proximam.

Nihilominus aliis characteribus omnino similibus, nisi palporum color extra niger, obstaret, species nostra varietatibus adscribenda esset A. *latitarsis*.

Unicam faeminam, et unicum marem in collibus subapenninis parmensibus legi.

Sp. 13. A. NIGRITARSIS *Zett. Schin. Rndn.*
BICOLOR *(prt.) Fall.*

♂ Caput albo-nitens, vitta frontali antica rufescente.

Oculi in fronte coherentes — *Palpi* apice crassiusculo nigro.

Antennae nigricantes, articulis primis paulo rufescentibus: aristae articulo uno radicali distincto, ultimi basi anguste crassiuscula.

Thorax totus fuscus, grisescens, etiam ad humera: scutello superne thorace concolore, limbo et subtus rufo-lutescente.

Calyptra sub-albida — *Halleres* pallidissime-lutescentes.

Alae limpidae, vena transversa exteriore non rectissima; intermedia contra apicem sita secundae longitudinalis.

Abdomen testaceum, angustum, pilosissimum, subdepressum, apice paulo fusco-maculatum.

Pedes flavo-testacei, femoribus anticis fuscescentibus, tarsis omnibus nigricantibus.

♀ A me non observata, prae ceteris difert, frontis vitta lata intermedia flavo-rufa.

Unicum marem possideo in Italia alpina lectum, simillimum danico e Cl. Staeger misso.

Sp. 14. A. FULGENS *Mgn. Macq. Wlk. Schin. DeR. Rndn.*

LIMBATELLA *Zett.*

♂ Similis mari nigritarsis, habitu statura etc. sed distinctus.

Thorace humeris testaceis — Scutello toto rufescente-luteo.

Alarum vena exteriore transversa recta.

♀ *Frons* vitta intermedia late antice fulvo-crocea.

Torax non humeris tantum sed pleuris late nisi latissime testaceis.

Abdomen incisuris segmentorum nigricantibus, quamvis exiliter etc.

Cætera ut in *nigritarsi*, circiter.

Raro lecta in Italia superiore.

Marem possideo germanium a Cl. De Roser olim missum.

Sp. 15. A. VITTIGERA *Zett. Schin. Rndn.*

Corpore fere toto rufo-testaceo a præcedentibus similibus statim dignoscenda.

♂ *Oculi* in fronte sub coherentes: fronte antice fusco-rufa.

Antennae articulo ultimo ad epistomium elongato, nigricante, primis brevissimis rufescentibus — *Palpi* (in nostro) apice nigricantes.

Thorax totus rufo-testaceus, vitta nigra dorsuali integra, antice ad unumquodque latus puncto nigro concomitata: scutello toto flavo-rufo — *Calyptra* sub-albida, squama infera parum limbo detecta — *Halteres* pallidissime lutescentes.

Abdomen rufo-testaceum, postice paulo infuscatum, et incisuris segmentorum angustissime fuscis, angustum, pilosum etc.

Alae non limpidæ, sed dilutissime fusco-lutescentes: venis ut in *fulgente*.

Pedes testacei, geniculis superne puncto fusco-notatis: tarsis fuscescentibus.

♀ *Frons* antice late rufa. Thoracis dorso punctis nigris anticis prope vittam longitudinalem destituto: cætera circiter ut in mare.

Rarissimo inventa in montuosis alpinis Pedemontii, et apenninis Italiæ superioris.

Sp. 16. A. FIGULINA *Rndn.*

Proxima A. *euphyppio* Stæg, sed ab ista et ab affinibus, charactere aliquo sequentium distinguenda.
Caput sub albicans, *fronte* antice rufescente, postice fusca.
Antennae articulis basalibus sub-testaceis, ultimo nigricante: arista nuda — *Palpi* toti etiam apice flavo-lutescentes.
Thorax totus fuscus, grisescens, humeris tantum testaceis: scutello toto luteo-rufescente, vix ad latera anguste fusco.
Calyptra albissima — *Halteres* pallide lutei.
Alae sub-limpidæ, circiter ut in *vittigera* venosæ.
Abdomen luteo-rufescens, basi segmentorum colore saturatiore, non incisuris nigricantibus.
Pedes toti luteo-testacei, tarsis tantum paulo infuscatis.
In Pedemontio raro lecta a Prof. Bellardi.

Sp. 17. A. EUPHYPPIUM *Staeg. Zett. Schin. Rndn.*

Similis *fulgenti* Mgn. et aliis proximis, sed ab omnibus distincta, vel uno vel altero characterum sequentium.
A *fulgente palpis* totis etiam apice flavo-luteis; ut a *Vittigera.*
Thorace toto rufescente sed dorso late fusco, non late aut fere toto fusco ut in *figulina* et *nigripalpi*, nec vitta tantum dorsuali fusca ut in *vit-*

tigera. — *Abdomine* incisuris non obscure-lineatis.

Cæteri characteres circiter ut in A. *fulgente.*

Sp. in Italia nondum lecta; specimen meum danicum a Cl. Stæger missum, cujus notæ præcipæ hic pro camparatione inscriptæ, nam faciliter in Italia superiore invenienda.

Sp. 18. A. DIAPHANA *Fab. Fall. Mgn. Macq. Zett. Rndn.*

Tota rufo-testacea vel sub-ferruginea; *Antennis* articulo ultimò paulo fusco, præsertim in fæmina: abdomine et pedibus paulo pallidioribus, tarsis tamen fuscis: *palpis* pallide testaceis etc.

Colore isto corporis, et præ cæteris, alarum vena transversa exteriore valde sinuosa et obliqua ab omnibus faciliter distinguenda.

Non infrequens in Italia superiore et centrale.

G. XIX. HYDROPHORIA *Desv. Macq. Rndn.*
Aricia (*prt.*) *Macq. Mgn.* 7. *Zett.*
Anthomyia *Mgn.* 5: *Wlk.* — **Anthomyza** *p. Zett.*
Hylemyia *p. Mgn.* 7: *Schin.* — **Musca** *Fall.*

Gen. Char. præcipui

Oculi nudi, vel sub-nudi in utroque sexu, in fronte maris satis proximi, nisi sub-contigui.
Antennarum arista pilosa, si pilis aliquando brevibus tamen distinctis, non puberula tantum.
Alarum vena secunda longitudinalis non spinulosa: septima, scilicet ultima postica margini posteriori, saltem apice spurio producta: transversis semper distantibus.
Calyptrorum squamæ superæ inferis semper manifeste breviores.
Pedes femoribus anticis simplicibus, tibiis intermediis intus et extra setigeris etc.

Sp. Italicæ.

a. *Pedes* saltem partim rufescentes vel testacei, non toti nigri.
b. *Pedes* femoribus et tibiis omnino rufo-testaceis.

Sp. 1. linogrisea *Mgn.*

bb. P*edes* tibiis tantum late, nisi totis rufo-luteis vel testaceis.

c. A*bdomen* lateribus ad basim luteo-maculatis.

Sp. 2. ANTHOMYIÉA *Rndn.*

cc. A*bdomen* basi, ut alibi nigricans.

d. T*ibiae* totae etiam anticæ testaceæ, non neque apici nigricantes.

e. A*rista* longe pilosa.

Sp. 3. CONICA *Wdm.*

ee. A*rista* breviter pilosula.

Sp. 4. SOCIA *Mgn.*

dd. T*ibiae* anticæ late ad apicem nigricantes.

Sp. 5. BRUNEIFRONS *Zett.*

aa. P*edes* toti, etiam in tibiis, nigri vel nigricantes.

f. A*rista* breviter pilosa.

Sp. 6. FRONTATA *Zett.*

ff. A*rista* longe pilose.

Sp. 7. AMBIGUA *Fall.*

Diagn. et Synon.

Sp. 1. H. LINOGRISEA *Mgn. Zett.*
INTERPOSITA *Rndn.*

A congeneribus omnibus nostris statim distinguenda, pedibus fere totis rufo-testaceis, exceptis tarsis nigricantibus, et femorum anticorum vitta fusca: præterea.

Oculi maris in fronte sub-coherentes: orbitis et genis albo-nitentibus.

P*alpi* extrinsecus nigri, intus ferruginei.

A*ntennae* totæ nigræ, arista longe pilosa.

T*horax* dorso grisescente, fusco quadrivittato, vittis intermediis angustioribus: scutello toto griseo-lutescente.

A*bdomen* scutello concolore, vitta dorsuali obscura, et tessellis olivaceo-nitidis variegatum — *Calyptra* luride-albicantia: H*alteres* fulvescentes.

A*lae* parum fusco-lutescentes, sed costa, et præsertim basi fusco-flavidis.

♀ Frons in medio nigro-opaca, in aliis similis mari.

Nota. *Calyptrorum* squama infera distincte longiore supera, et aliorum characterum silentio, in diagnosi Maigeniana, olim distinctæ specei istam adscripsi.

Raro lecta in Apennino Italiæ centralis.

Sp. 2. H. ANTHOMYIÈA *Rndn.* — Long. mill. 5-6.

Maris *Oculi* in fronte sub-contigui, orbitis exilissimis sejuncti, albo-sericeis, ut genæ.

Antennae totæ ut palpi nigræ, arista longe pilosa.

Thorax dorso grisescente, antice late trivittato, vittis nigris, exterioribus sub-interruptis: scutello thorace concolore.

Calyptra sub-albida, linea flavicante cincta — *Halteres* pallide-lutei.

Abdominis segmenta duo basalia ad latera pallide testacea, sub-translucida: alibi fusco-grisea, basi uniuscujusque nigricante-tessellata: omnibus setis marginalibus tantum cinctis.

Alae turbidæ, basi, et dilutissime etiam costa fusco-lutescentibus; vena transversa exteriore distincte sinuosa: intermedia non perfecte contra apicem sita secundæ longitudinalis, sed paulo ante.

Pedes nigri, tibiis luteo-testaceis, vix versus apicem sub-fuscis.

Fem: *Frons* vitta intermedia lata, atra, opaca: *Alae* minus turbidæ: *Calyptra* albidiora; *Abdomen* segmento uno tantum basali ad latera sub-testaceo: vena transversa exteriore minus sinuosa etc: in cæteris similis mari.

Rara in Emiliæ collibus et planitie.

Sp. 2. H. CONICA *Wdm. Fall. Mgn. Macq. Zett. Schin. Rndn.*
DUBITATA (fœm. var.?) *Fall. Mgn. Zett. Rndn.*

♂ *Oculi* in fronte satis proximi: orbitis ut genæ albo-nitentibus.

Antennae totæ ut palpi nigræ: arista longe pilosa.

Thorax dorso grisescente, vittis quatuor nigris antice signato, exterioribus latioribus: scutello toto thorace concolore.

Calyptra fusco-lutescentia. *Halteres* capitulo rufo, stipite pallido.

Abdomen grisei tectum, vitta longitudinali, in dorso, nigricante: organis copulatoris, appendiculatis, uncinatis: segmentis margini postico tantum setis ciliato.

Alæ dilute fusco-flavidæ, flavescentia ad basim et etiam costæ saturatiore: vena transversa exteriore obliqua et sinuosa, fere æquidistante ab intermedia et ab apice quintæ longitudinalis: — *Pedes* nigri, tibiis testaceis.

♀ Vitta frontalis lata atra. *Abdominis* tessella micantia etc. sed aliis notis fære æqualis mari.

Rara in Italiæ superioris montuosis, Alpinis et Apenninis.

(Nota). Sp. *meditata* Fall: varietatem esse cogito *Conicæ* Wiedm: ♀ nullis differentis certi prætii earum distinctio convalidata.

Sp. 4. H. socia *Fall. Mgn. Zett. Rndn.*

Nigricans, cinerei adspersa: genis et orbitis albo-niveis.

♂ *Oculi* sub-coherentes in fronte; — *Palpi* nigricantes.

Antennæ totæ nigræ, arista breviter et exiliter, sed manifeste pilosula: articulis basalibus aliquando piceis, vel fusco-rufis.

Thorax grisescens fusco quatuorvittatus, scutello concolore, aliquando in medio fusciore, sub-ferruginante: vittis exterioribus latiusculis.

Calyptra sub-albida — *Halteres* flavo-testacei.

Abdomen dorso griseo sub-luteo, vitta intermedia nigricante, ad incisuras segmentorum sub-interrupta: istis postice fusco-versicoloribus.

Alæ turbidæ, basi paulo lutescente: vena transversa exteriore sub-recta: intermedia paulo ante apicem sita secundæ longitudinalis.

Pedes nigricantes, tibiis luteo-testaceis, ut geniculi.

♀ Similis mari: vitta frontis intermedia nigra, opaca.

Non infrequens in Italia superiore et media.

(Nota). Arista considerata, pilis exilibus et brevibus sed distinctissimis vestita, a Gen. *Anthomyia* ad *Hydrophorias* translata.

Sp. 5. H. BRUNNEIFRONS *Zett. Rndn.*
CORONATA (*var.*) *Zett.*

♀ Nigricans, grisei adspersa, genis et orbitis albicante-sericeis, istis in vertice grisescentibus: vitta intermedia nigricante vel picea, antice aliquando rufescente.

Antennæ totæ nigræ, ut palpi: arista longe pilosa.

Thorax dorso griseo, nigricante lineato, scutello toto concolore.

Calyptra sub-albida. *Halteres* rufescentes.

Abdomen supra grisescens fusco-sub-tessellatum, tessellis nitidis.

Alae sub-limpidæ, basi tantum paulo lutescente.

Pedes nigri, tibiis luteo-testaceis, anticis in parte apicali obscure fuscis.

Fæminas aliquas tantum cognovi ut Clar. Zetterstedt, in Emilia captas.

(Nota). *Coronata* facilius varietas est juvenilis *brunneifrontis,*sed non puto sejungendas esse specifice, notis nulli momenti, distinctas.

Sp. 6. H. FRONTATA *Zett. Rndn.*

Nigricans, cinerei adspersa, fronte et facie ante oculos porrectis: albicantibus: ore paulo reflexo.

Oculi in fronte maris sub-coherentes — *Palpi* nigri.

Antennae totæ nigræ, arista superne breviter, inferne brevissime pilosa.

Thorax cinerascens, sub-fusco-lineatus, scutello toto concolore.

Abdomen subcinereus vitta intermedia fusca in mare, tessellis obsoletis obcuris in fæmina, notatum.

Calyptra albicantia — H*alteres* testacei-pallidi in ♀: obscuriores in ♂.

Alæ sub-limpidæ, basi paulo turbida, vena transversa exterior sinuosa et obliqua, et fere æque distans ab intermedia et ab apice quintæ longitudinalis: spinula costæ distincta.

Pedes toti nigri, multisetosi.

Rarissimo lecta in Apennino parmense.

Sp. 7. H. AMBIGUA *Fall. Zett. Rndn.*
DIVISA *Mgn.*

Nigricans, fusco-grisescens, genis et orbitis albicantibus.

♂ *Oculi* non contigui, orbitis angustis et linea exili nigra sejuncti.

Antennœ totœ ut palpi nigræ, arista saltem in medio longe pilosa.

Thorax vix grisei adspersus, nigricante sub-vittatus, scutello nigro-nitido unicolore, vix partim grisescente.

Abdomen obscure grisescens vitta dorsuali intermedia nigricante: segmento primo setis distinctioribus destituto: sequentibus serie postica marginali setarum cinctis; ultimo brevi toto setoso: ano subtus appendiculato.

Calyptra albida — *Halteres* pallide lutei.

Alæ sub-limpidæ, basi et costa paulo dilute fusco-lutescentibus: vena transversa exteriore sinuosa et obliqua et satis proxima intermediæ magis quam apici longitudinalis quintæ: spinula costali sub-indistincta — *Pedes* toti nigricantes.

♀ Ut a Clar. Zetterstedtio, a me non visa.

Marem tantum apenninicum Italiæ centralis observavi.

G. XX. HYLEMYIA *Desv. Macq. Schin.* (*prt.*) *Rndn.*
Chortophila *Macq. p.* - **Anthomyia** *Mgn. Schin. p.*
Aricia et **Anthomyza** *Zett. p.*
Musca *Fall. Fab.* (**Genera plura** *Desv.*)

CHAR. GENER.

Oculi nudi, in fronte maris satis proximi, nisi sub-contigui: in fæmina valde remoti, fronte saltem singulo oculo latiore.

Caput, fere in omnibus non buccatum, genis angustis; si raro genis latis, func arista distincte plumata.

Antennarum arista longe vel mediocriter pilosa, scilicet nec sub-nuda, nec puberula tantum.

Alarum vena ultima postica, saltem apice spurio margini producta: secunda longitudinali non spinulosa.
Calyptrorum squamæ inferæ, a superis omnino tectæ.
Pedes femoribus anticis simplicibus.

Sp. ITALICÆ.

A. *Tibiæ* omnes nigræ vel nigricantes, raro posticis tantum partim piceis.
a. *Caput* buccatum, genis latis.
b. *Corpus* cinerascens, maculis thoracis, et fasciis abdominis, nigris.

Sp. 1. HILARIS *Fall.*

bb. *Corpus* grisescens, nec nigro-maculatum, nec fasciatum.

Sp. 2. GRISEA *Fall.*

aa. *Caput* non buccatum, genis angustis.
c. *Tibiæ* posticæ maris antice pilis vel setulis ciliatæ.
d. *Arista* longe pilosa — *Tibiæ* posticæ pilis flexis, aliquibus longis villosulæ.

Sp. 3. FLAVIPENNIS *Fall.*

dd. *Arista* pilis mediocribus vestita — Tibiæ posticæ setulis subæqualibus ciliatæ.

Sp. 4. SETICRURA *Rndn.*

cc. *Tibiæ* posticæ, etiam maris antice sub-nudæ.

e· *Venæ* transversæ alarum manifeste fusco-limbatæ.

Sp. 5. PULLULA *Zett.*

ee. *Venæ* transversa alarum haud manifeste fusco-cinctæ.

f. *Arista* breviter pilosa.

g. *Venter* maris pilis longissimis penicillatis instructus.

Tibiæ posticæ intus setulis distinctioribus nullis.

Sp. 6. PENICILLARIS *Rndn.*

gg. *Venter* maris, pilis brevibus vel mediocribus vestitus.

Tibiæ posticæ intus setulis aliquibus distinctioribus in parte supera præditæ.

h. *Femora* postica inferne prope basim setis validis destituta.

i. *Tibiae* anticæ setis aliquibus, præter apicales, instructæ.

Sp. 7. ANTIQUA *Mgn.*

ii. *Tibiae* anticæ setis tantum apicalibus armatæ.

Sp. 8. NIGRESCENS *Mihi.*

hh. *Femora* postica inferne etiam basi setis validis armata.

Sp. 9. SPINOSA *Rndn.*

ff. *Arista* pilis longis vesta.

Sp. 10. VARIATA *Fall.*

AA. T*ibiae* omnes, vel saltem quatuor posteriores magis vel minus rufescentes vel lutescentes.
l. *Femora* saltem antica nigricantia tota vel late.
m. *Arista* breviter pilosa.
n. *Venter* maris penicillo longo pilorum præditum. *Abdominis* segmentum apicale latitudine longius.

Sp. 11. TIBIARIA *Rndn.*

nn. *Venter* maris, penicillo longo pilorum destitutus. *Abdominis* segmentum apicale longitudine latius.

Sp. 12. BRACATA *Rndn.*

mm. *Arista* pilis longis vestita.
o. *Palpi* nigri vel nigricantes.

p. *Femora* omnia in mare nigricantia, in fæm: flavo-testacea.
Abdomen fæm: vitta dorsuali nigricante distincta.

Sp. 13. STRIGOSA *Fab.*

pp. *Femora* antica tantum in mare nigricantia.
Abdomen fæm: vitta obscura dorsuali non distincta.

Sp. 14. NIGRIMANA *Mgn.*

ll. *Femora* omnia, etiam antica in utroque sexu testacea.
q. *Alarum* vena transversa exterior, valde obliqua et sinuosa.
Arista plumata.

Sp. 15. PRÆPOTENS *Wdm.*

qq. *Vena* transversa exterior sub-recta et parum obliqua.
Arista breviter pilosa.

Sp. 16. GARBIGLIETTII *Rndn.*

oo. *Palpi* toti flavo-lutei.

Sp. 17. ARROGANS *Rndn.*

Diagn. et Synon.

Sp. 1. H. HILARIS *Fall. Mgn. Macq. Zett. Schin. Rndn.*

♂ *Corpus* cinerascente-canum, capite albo, macula utrique obscura — *Oculi* in fronte approximati, per lineam obscuram et orbitas albidas sejuncti: — *Caput* sub-inflatum.

Antennae ut palpi nigræ, arista longe pilosa.

Thorax dorso linea mediana et maculis latiusculis duabus utrinque nigris; scutello margine laterale nigricante.

Abdomen superne transversim nigro-trì-fasciatum; genitàlibus parvis.

Calyptra alba — *Halteres* flavescentes.

Alae sub-limpidæ; spinula costali sub-nulla; vena transversa exteriore valde sinuosa et obliqua: longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus paulo divergentibus.

Pedes nigri, tibiis posticis undique setigeris.

♀ *Vitta frontalis* nigra, orbitis albis sub-æque lata, sed cæteris notis similis mari.

Raro legitur in Italia superiore et centrale.

Sp. 2. H. GRISEA *Fall. Mgn. Macq. Zett. Schin. Rndn.*

♂ Corpus grisescens, *capite* buccato albido, macula micante fusca utrinque signato — *Antennae* ut palpi nigræ, arista sub-plumata.

Oculi in fronte approximati, non sub-contigui.

Thoracis dorsum vitta intermedia fusca distincta, lateralibus parum observandis; scutello thorace cencolore, unicolore.

Calyptra sordide albicantia sub-lutea — *Halteres* flavicantes.

Alae sub-limpidæ vix costa et basi sub-luteis; spinula costæ parva: vena transversa exteriore sinuosa, sed parum obbliqua; longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus sub-parallelis.

Pedes nigricantes, tibiis posticis undique setosis, antice brevissime hirtulis.

Semel marem inveni in colle sub-apennino parmense.

Sp. 2. H. FLAVIPENNIS *Fall. Zett. Wlk. Schin. Rndn.*
CRASSIROSTRIS *Mgn. Macq.* (Fæm.)

♀ Fusco-grisescens, capite albido — *Antennae* ut palpi nigræ: arista longe pilosa — *Oculi* in fronte postice sub-contigui.

Thorax cum scutello fuscus, vittis obscurioribus non perspicuis.

Calyptra pallide flavo-fusca — *Halteres* luteo-flavi.

Abdomen vitta dorsuali nigra, alibi paulo griseum.

Alae flavido-fuscescentes, fuscedine ad basim et costam saturatiore; spinula costali valida: vena transversa exteriore sub-recta.

Pedes nigri, setosissimi, tibiis posticis paulo incurvis, antice pilis brevissimis, crebris, exilibus

ciliatis, setula aliqua longiore: intus setulosis; femoribus propriis subtus totis setosis.

♀ *Frons* lata grisescens: alæ magis flavicantes, etc.

Raro lecta in montuosis Italiæ centralis et superioris.

Sp. 4. H. SETICRURA *Rndn.*

♂ Nigricans, grisei adspersus; *Genae* angustæ; *frons* non producta.

Oculi in fronte sub-coherentes, vitta frontali nigricante.

Antennae ut *palpi* nigræ, arista non longe sed crebre villosa.

Thorax dorso antice nigricante trivittato, scutello griseo unicolore.

Abdominis dorsum vitta longitudinali obscure fusca; genitalibus incrassatis, lobatis. — *Calyptra* albida — *Halteres* flavescentes.

Alae dilute fusco-flavicantes, præsertim ad costam et basim; spina costali parva sed distincta; vena transversa exteriore sinuosa; longitudinalibus 4ª et 5ª extrinsecus sub-parallelis.

Pedes nigri, multisetosi, tibiis posticis antice per totam longitudinem ciliatis; intus serie setularum præditis.

Mares aliquos tantum in Italia centrale inveni.

Sp. 5. H. PULLULA *Zett. Rndn.*
LONGULA *Mgn. Macq. Schin.* (non *Fall.*)

♂ Griseus, opacus, *capite* albicante; *genae* angustæ: *os* vix reflexum.
Oculi in fronte sub-coherentes.
Antennae ut palpi nigræ, arista breviter pilosa.
Thorax dorso antice fusco-trivittato, vittis lateralibus distantibus.
Abdomen vitta dorsuale nigricante : genitalibus crassis.
Calyptra sub-alba — *Halteres* flavescentes.
Alae sub-limpidæ, venis transversis distincte fusco-limbatis: spinula costali valida: vena transversa exteriore sinuosa.
Pedes nigricantes, tibiis præsertim posticis, aliquando in medio sub-rufis; posticis, intus (non antice) paulo setulosis.
♀ Exceptis notis sexualibus similis mari; abdominis tamen vitta dorsuali parum observanda.
In tota Italia, præsertim peninsulari frequens.

Sp. 6. H. PENICILLARIS *Rndn.* — Long. mill. 6.

Nigro-fusca, grisescens, *facie* et *orbitis* canis.
Frons et *Genæ* non productæ, nisi parum, ultra oculos.
Antennæ ut *palpi* nigræ; arista breviter pilosa.
♂ *Oculi* in fronte sub-contigui, vitta frontale antica fusca vel sub-rufescente.

Thorax dorso vitta tantum intermedia obscura observanda: scutello fusco grisei adsperso ut thorax unicolore.

Calyptra pallide fusco-flavescentia — *Halteres* subflavi.

Alae dilute fuscescente-flavidæ, præsertim basi, et costæ: vena transversa exteriore sub-recta, vel vix sinuosa: spinula costali validiuscula et erecta.

Abdomen dorso grisescente, vitta dorsuali intermedia nigricante: ventris segmentis intermediis longissime pilosis, pilis fasciculatis, retro directis, et abdominis apicem attingentibus, nisi superantibus.

Pedes nigri, tibiis posticis antice et intus sub-nudis, etiam in parte supera non setulosis: tibiis anticis seta aliqua extrinsecus præditis.

♀ *Frons* lata, vitta rufo-crocea fere tota — *Abdominis* vitta fusca dorsuali sub-deleta, — Alæ limpidiores etc.

(Nota) A sp. sequente, *antiqua*, cui satis proxima, *Mas* difert, pilis ventralibus longissimis et penicillatis, et tibiis posticis intus in parte supera ut infera non setulosis, etc. — *Faem.* distincta frontis vitta fere tota rufo-crocea, non margini antico tantum rufo castanea etc.

Non frequens in Italia superiore et centrale.

Sp. 7. H. ANTIQUA *Mgn. Zett. Schin. Rndn.*

Similis omnino præcedenti, statura, habitu, colore, arista breviter pilosa etc: tamen distincta:

Maris ventre distincte et crebre piloso, sed pilis mediocribus, non penicillatis, nec prope anum elongatis; et tibiis posticis in parte supera marginis interioris setulas aliquas sub-erectas præditis, non sub-nudis.

Faeminae vitta frontali antice rufo-castanea, vel fusco rufa, non fere tota fulvo-crocea etc.

Præterea, color obscurior, et thoracis dorso, vitta fusca intermedia non perspicua: alarum spinula costali satis minore etc.

Raro lecta in Emiliæ collibus et planitie.

Sp. 8. H. NIGRESCENS *mihi.*
BRUNNESCENS *Rndn.* (non *Zett.*)

♂ Nigricans, sub-nitens, parum grisei adspersa, genis et orbitis albo-nitentibus.

Frons non satis porrecta; genæ haud dilatatæ.

Oculi in fronte prope verticem, vix linea nigra exili sejuncti.

Antennae ut *palpi* nigræ, arista breviter pilosula.

Thorax dorso fusco-nigricante, vittis obscurioribus non distinctis: scutello concolore, unicolore.

Calyptra sordide albida — *Halteres* flavo-lutei.

Abdomen angustum sub-depressum, ano inferne lo-

bato: lobis mediocribus, non distincte setosis: dorso paulo grisescente, vitta dorsuali intermedia nigricante, ventre non longe piloso.

Alae dilute flavido-fuscescentes præsertim latere anteriore: vena transversa exteriore recta: spinula costæ parva.

Pedes nigri; femoribus posticis in parte apicali tantum longe setosis; tibis propriis antice subnudis, intus in parte supera setulas aliquas parvas sed distinctas pæbentibus: tibiis anticis, præter apicales, non setis extra munitis etc.

(Nota) similis H. *brunnescenti* Zett, sed notis pluribus distinguenda, et præsertim, *genis* et *orbitis* albonitentibus non capite obscure griseo — *Calyptris* sub-albidis, non fuscanis et non longe ciliatis — *Alis* minus obscuris, et vena transversa exteriore recta, non flexa etc.

Mas tantum notus, in Insubria alpina lectus.

Sp. 9. H. SPINOSA *Rndn.*

♀ Similis maribus nonnullorum præcedentium, sed ab illis vel istis charactere aliquo sequentium distinguendus.

Facies et *orbitae* albo-cinereæ — *Oculi* in fronte coherentes, non sub-coherentes, vitta frontali antica (in spec. observata) rufa.

Antennae ut palpi nigræ, arista breviter pilosula.

Thorax dorso grisei adsperso, vittis tribus fuscio-

ribus parum distinctis, scutello concolore, et unicolore.

Abdomen fusco-griseum, vitta dorsuali nigricante exili, sub-interrupta: ventre non longe piloso, organis copulatoriis incrassatis, lobatis, lobis setis hirtis.

Calyptra dilute fusco flavida — *Halteres* flavo-lutei.

Alae dilutissime sub-fuscæ, et vix paulo flavidæ ad costam, in qua spinula valida adest: vena transversa exteriore satis flexuosa.

Pedes nigri longe setosi, femoribus posticis inferne etiam in parte basali setis validis armatis; tibiis propriis antice sub-nudis, intus superius setulosis: tibiis anticis seta aliqua præter apicales, extra munitis.

In Apennino Italiæ centralis mares aliquos tantum legi.

Sp. 10. H. VARIATA *Fall. Mgn. Zett. Schin. Rndn.*

A præcedentibus proximis, quibus habitu, statura, colore etc. similis, statim dignoscenda, arista plumata, scilicet longe pilosa: præterea.

♂ Nigricans, grisescens, facie et orbitis albo-nitentibus, fronte non distincte producta, et genis angustis — *Antennae* ut *palpi* nigræ.

Oculi in fronte prope verticem arcte coherentes, vitta frontali antica fusca, vel piceo-rufescente.

Thorax fusco trivittatus in dorso, vittis obsoletis,

scutello concolore, tamen in medio basis vitta fusciore plus minusve distincta.

Calyptra albida — *Halteres* pallide rufescentes.

Abdomen dorso grisescente, vitta longitudinali distincta, et suturis anguste et parum perspicuis, nigricantibus: ano lobis mediocribus, non setigeris concomitato.

Alae sub-limpidæ, vix antice paulo turbidæ: spinula costali valida: vena transversa exteriore leviter sinuosa.

Pedes nigri, femoribus posticis inferne etiam in parte basali setis validis armatis; tibiis posticis antice subnudis, intus in parte supera setulosis: tibiis anticis seta aliqua munitis præter apicales.

In Italia tota legitur non infrequenter; etiam in Sicilia vivit ubi lecta a D. Fr. Mina-Palumbo.

Sp. 11. H. TIBIARIA *Rndn.* (*Mas.*) *Long.* mill. 6.

♂ similis maribus H. *penicillaris, antiquae* et affinium, sed ab omnibus faciliter dignoscendus, tibiis saltem quatuor posterioribus testaceis.

Venter ut in *penicillari* fasciculo longo pilorum instructus, sed ab hac sp. difert, præter colorem tibiarum, etiam presentia setularum in parte supera interiori tibiarum posticarum: qua nota similis *antiquae*, sed penicillo ventrali pilorum ab eadem distinctissima: præterea.

Arista breviter pilosa — *Femora* postica subtus in

parte apicali tantum longe setosa — *Tibiae* anticæ seta aliqua munitæ, præter apicales etc. Cætera circiter ut in *penicillari*.

In Italia alpina mas tantum lectus.

Sp. 12. H. BRACATA *Rndn.* Long. mill. 3-4.

Antennae nigricantes basi piceo-subtestacea: arista breviter pilosa.

Oculi maris superne sub-contigui, fronte utriusque sexus antice rufescente — *Palpi* extrinsecus nigricantes, basi lutea.

Thorax dorso griseo-lutescente, scutello concolore; vitta intermedia dilutissime fusco-ferruginea a dorso thoracis in basim scutelli paulo producta.

Calyptra albida — *Halteres* flavescentes.

Abdomen thorace concolor, vitta dorsuali nigricante magis vel minus perspicua, saltem in mare.

Alae dilute lutescentes; spinula costali valida: vena transversa exteriore sub-recta: longitudinalibus 4.ª et 5.ª extra sub-parallelis.

Pedes nigricantes, femorum apice, tibiis intermediis totis, anticis et posticis late ad basim luteo-testaceis: posticis etiam in mare antice sub-nudis, femoribus propriis inferne totis setosis usque ad basim

In Italia centrali et media non rara.

Sp. 13. H. STRIGOSA *Fab. Macq. Mgn. Zett. Rndn. Schin.*
CONICA (*Var,*) *Fall.* — VAGANS *Pnz.*
STRENUA *Desv.*

Nigricans, grisei adspersa et fere sub–tecta, *genis* et *facie* albo-nitentibus: — *Antennae* ut *palpi* nigræ, arista longe pilosa.

Thorax dorso nigricante trivittato, et nigro punctato, vittis exterioribus lateralibus, intermedia in basim scutelli paulo producta, maculam obscuram efficiente.

Calyptra albida — *Halteres flavescentes.*

Abdomen in grisescentia dorsuali, linea exili intermedia, et fasciolis transversis fuscis–obscuris ad suturas segmentorum: istis setis tantum marginalibus cintis.

Alae sub–limpidae; spinula costali erecta et distincta: vena transversa exteriore obliqua et sinuosa.

Pedes in mare, femoribus et tarsis omnibus, tibiisque anticis nigricantibus, tibiis quatuor posterioribus luteo testaceis:

Fæminæ toti rufo–testacei, tarsis tantum nigris.

Sexus iste difert etiam a mare, *fronte* lata, antice rufo–crocea: vitta intermedia abdominis sub-deleta, fasciisque fuscis transversis non observandis.

Species larvipara non ovipara (Obs. n).

Vulgaris in toto anno entomologico ab Alpibus ad Melitam.

(Nota) pro sp. H. coarctata Fall. vide in calce.

Sp. 14. H. NIGRIMANA *Mgn. Zett. Schin. Rndn.*
CONJUNCTA *Macq.* (non Mgn.)

♂ Similis omnino mari *Strigosae,* a quo distinctus tantum colore pedum, scilicet femoribus posterioribus testaceis non nigricantibus, anticis nigris, tibiis propriis ut sequentes testaceo-luteis.

Statura quoque distincte minore differre videtur.

Mas tantum notus, sed facilius fæmina cum fæminis speciei præcedentis confusa.

Nondum in Italia capta, sed facilius invenienda.

Specimen Coll. nostræ germanicum, a Cl. De Roser olim missum.

Sp. 15. H. PRAEPOTENS *Wdm, Fall. Mgn Mcq. Zett. Schin. Rndn.*

In nostratibus generis proprii major.

Nigricans, grisei-sub-lutescens; *Capite* albo-sericeo nitente.

♂ *Oculi* in fronte, vix orbitis angustis, connexis disiuncti.

Palpi nigri — Antennæ articulo ultimo nigro, præcedente saltem partim rufescente: arista longe pilosa.

Thorax dorso nigricante-lineato et punctato: scutello griseo unicolore — *Calyptra* alba — *Halteres* flavo-lutei.

Abdomen grisescens, vix ad basim dorsi vitta fusca

observanda, sed dilute sub-fusco-tessellatum: limbo apicali luteo.

Alae paulo lutescentes, præsertim ad costam et circa venas longitudinales, basi venis rufescentibus: transversa exteriore valde obliqua et sinuosa, sic distans ab intermedia ut ab apice quintæ longitudinalis; ista et quarta extrinsecus divergentibus: spinula costali parva sed distincta.

Pedes flavo-testacei, tarsis tantum nigricantibus.

♂ *Frons* modice lata, orbitis latiusculis, vitta intermedia mediocri, antice lutescente: spinula costali alarum validiore, cæteris vero circiter ut in mare.

Non frequenter legitur in Italia superiore et media.

(Nota). Sp. *praepotens* Walkerii, segmentis abdominis nigro marginatis istæ non pertinet, forte Var: *strigosae*.

Sp. 16. H. GARRIGLIETTI *Rndn.* Long. ♀ mill. 4–5.

♀ Grisei sub-lutescentis tecta: facie et genis sub-albidis.

Oculorum orbitæ in fronte latæ, vitta intermedia latiore rufo crocea, vel rufo flava.

Antennae ut palpi totæ nigræ; arista pilis mediocribus vestita.

Thorax cum scutello grisei unicolor, haud manifeste obscure lineatus, nec punctatus.

Calyptra albida — H*alteres* pallide lutei.

A*bdomen* totum griseum, vitta obscura dorsualis indistincta.

A*læ* dilutissime flavescentes, limbo venæ longitudinalis tertiæ flavedine saturatiore: vena transversa exteriore nec satis obliqua nec sinuosa: spinula costali valida.

Pedes toti flavo-testacei, tarsis exceptis nigricantibus: tibiis anticis setulis aliquibus armatis præter apicales.

Fæminas aliquas tantum observavi ab Eq: Doct. Garbiglietti in Pedemontio captas.

Sp. 17. H. ARROGANS *Rndn.* Fæm. mill. fere 8.

Statura et habitu similis *strigosae*, sed ab ista et ab alteris statim dignoscenda colore palporum flavo-luteo, non nigro: quo charactere affinis apparet *regenti* Wdm, sed etiam ab hac distinctissima, notis pluribus, ut ex diagnosi sequente.

♀ Cinerea, *capite* albo-nitente, vitta frontali nigricante, orbitis angustiore.

A*ntennae* totæ nigræ, arista pilis longis sub-plumata.

Thorax cinerascens, vitta lineari obscura in medio dorsi, et maculis duabus lateralibus nigris ad radicem alarum ornatus: scutello cinereo, ad latera nigro-marginato.

Calyptra alba — H*alteres* pallide lutei.

A*lae* dilute fusco-lutescentes, præsertim circa venas:

transversa exteriore parum obliqua et parum flexa.

Abdominis incisuræ segmentorum paulo fuscæ, fuscedine ad latera minus angusta, limbo apicale ultimi lutescente: omnibus setis marginalibus tantum praeditis.

Pedes testacei, femoribus anticis superne infuscatis, tarsisque omnibus nigricantibus: anticis tibiis longioribus.

Unicam fæminam in colle ditionis parmensis inveni.

(Nota) Sp. H. COARCTATA *Fall.*

Si in Italia inveniatur post et prope *strigosam* locanda, et distinguenda præsertim tibiis anticiis non ut in mare *strigosae* nigricantibus, sed testaceis; et femoribus in parte basali setis validis destitutis inferne, non per totam longitudinem subtus setosis.

Marem possideo speciei e Dania missum a Cl. Stægero.

G. XXI. CHORTOPHILA *Macq. Rndn.*

Anthomyia *Macq. p. Wlk. Schin.* — **Anthomyza** **Hylemyia** *Macq. p. Mgn. p. 7.* *Zett. p.* **Pegomyia** *Macq. p. Desv. p. et alia* **genera** **Musca** *Lin. Fab. Rossi Fall.*

Char. Gener.

Genae non setulosæ, sepius angustæ et ultra oculos non, aut raro parum productæ.

Proboscis ad apicem subtus manifeste labiata.

Oculi nudi, in fronte maris satis proximi nisi subcontigui: fæminæ satis remoti, fronte singulo oculo latiore.

Arista antennarum nuda, sub-nuda, vel brevissime puberula.

Abdomen in mare genitalibus incrassatis aut lobatis.

Calyptrorum squamæ inferæ a superis omnino tectæ.

Alarum vena ultima postica margini, saltem apice spurio producta: transversa intermedia circiter apici opposita secundæ longitudinalis.

Pedes femoribus anticis simplicibus etiam in mare; tibiis intermediis retro et extra setigeris etc.

Sp. Italicae.

A. *Femora* nisi omnia saltem quatuor posteriora rufescentia, vel testacea.

B. *Abdomen* totum aut late rufescens in utroque sexu.

C. *Palpi* toti etiam apice flavo-testacei.

Sp. 1. bicolor *Wdm.*

CC. *Palpi* nisi toti nigri vel nigricantes, saltem late extrinsecus.

D. *Antennae* articulis basalibus totis rufis.

Abdomen, saltem fæminæ, segmentis postice albidi limbatis, apicali late, præcedentibus duobus anguste.

Sp. 2. LIMBATELLA *n.*

DD. *Antennae* vel totæ etiam basi nigræ, vel articulo secundo partim rufescente.

Abdominis segmenta, neque in fæmina, postice albo limbata.

E. *Antennae* totæ etiam basi nigræ in utroque sexu.

Abdomen fæminæ segmento ultimo non distincte longiore præcedente, et oviducto non porrecto.

Sp. 3. VERSICOLOR *Mgn.*

EE. *Antennarum* articulus secundus saltem parte apicali rufescente.

Abdomen fæminæ segmento ultimo circiter bilongiore præcedente, et oviducto depresso, plus minusve porrecto.

Sp. 4. TERMINALIS *Rndn.*

BB. *Abdomen* nigricans, vel fuscum, vel grisescens, raro in fæmina tantum griseo-sub-testaceum.

F. *Antennae* articulis basalibus manifeste rufescentibus.

G. *Abdomen* maris fuscum, ano tantum sub-luteo: fæminæ luride griseum sub-testaceum.

Sp. 5. CHENOPODII *Rndn.*

GG. *Abdomen* in utroque sexu nigricans grisei plus minusve adspersum.

H. *Vitta frontalis* magis vel minus late rufa.

Sp. 6. CUNICULARIS *Rndn.*

HH. *Vitta frontalis* tota nigricans in utroque sexu.

I. *Femora* omnia etiam maris testacea.

Sp. 7. HYOSCIAMI *Mgn.*

II. *Femora* antica, præsertim maris, nigricantia.

Sp. 8. PERFORANS *Rndn.*

FF. *Antennae* totæ etiam ad basim nigræ:

K. *Palpi* testacei, apice anguste nigricante. *Pedes* femoribus et tibiis omnino testaceis.

Sp. 9. EFFODIENS *Rndn.*

KK. *Palpi* toti nigri. *Pedum* anticorum tibiæ, femorumque pars-exterior, et omnium geniculi late fuscescentes.

Sp. 10. RIMANS *Rndn.*

AA. *Femora* omnia tota vel fere tota nigricantia.

L. *Tibiae* omnes distincte rufescentes, saltem late ad basim luteæ.

M. P*alpi* basi lutea apice late obscure fusco. — Tibiæ basi lutea apice paulo fuscæ.

Sp. 11. SULCANS *Schembri.*

MM. P*alpi* toti nigricantes. *Tibiae* totæ flavo-luteæ.

Sp. 12. TEREBRANS *Tacchetti.*

LL. T*ibiae* vel totæ vel fere totæ nigræ, aut fusco-piceæ.

N. *Venae* longitudinales alarum quarta et quinta extrinsecus manifeste divergentes.

P*edes* geniculis luteis, tibiis fuscis.

Sp. 13. DIVERGENS *Rndn.*

NN. *Venae* longitudinale quarta et quinta non manifeste extrinsecus divergentes.

P*edes* toti nigricantes, vel fusco-picei.

O. *Tibiae* posticæ maris per totam longitudinem, antice aut intus crebre ciliatæ, etiamsi breviter.

P. *Metatarsi* pedum intermediorum setulis aliquibus longiusculis superne præditi, saltem in mare.

Sp. 14. TRICHODACTYLUS *Rndn.*

PP. *Metatarsi* nulli, neque in mare superne setulas longiusculas ferentes.

Q. *Frons* et *Genae* ultra oculos non, aut vix porrectæ.

Sp. 15. CILICRURA *Rndn.*

QQ. *Frons,* et *Genae* latæ, distincte ultra oculos porrectæ.

R. *Alae* spinula costali distincta et erecta.

Sp. 16. HIRTICRURA *Rndn.*

RR. *Alarum* spinula costalis indistincta.

S. *Alarum* vena transversa exterior satis obliqua et sinuosa.

Sp. 17. HISTRIO *Fall.*

SS. *Alarum* venula transversa exterior recta et non manifeste obliqua.

Sp. 18. ANGUSTIFRONS *Mgn.*

OO. *Tibiae* posticæ etiam maris, nec antice nec intus per totam longitudinem crebre ciliatæ; aliquando tantum setulis aliquibus, distinctioribus intus munitæ, vel in medio tantum ciliatæ.

T. *Femora* postica maris setulis exilibus et pilis crebris villosa, non setis ordinariis parce armata.

U. *Epistomium* vix limbo paulo reflexo, non satis productum subryctiforme.

Spinula costalis plus minus distincta.

V. *Venae* longitudinales alarum quarta et quinta potius divergentes quam extrinsecus convergentes: secunda costali conjuncta paulo ante transversam intermediam.

Sp. 19. FLOCCOSA *Macq.*

VV. *Venae* longitudinales alarum quarta et quinta, ante apicem paulo convergentes: secunda costalem attingens perfecte contra transversam intermediam.

Sp. 20. PILOSELLA *n.*

UU. *Epistomium* satis porrectum, sub-ryctiforme. *Spinula* costalis alarum sub-indistincta.

Sp. 21. MUSCARIA *Mgn.*

TT. F*emora* postica, etiam, maris, parce setosa non crebre pilosa.

X. *Epistomium* satis porrectum, subryctiforme.

Z. H*alteres* paulo infuscati

A*larum* vena transversa exterior satis obliqua.

Sp. 22. GRISELLA *Rndn.*

ZZ. H*alteres* flavidi.

A*larum* venula transversa exterior vix aut non obliqua.

Y. *Abdomen* grisescens, vitta dorsuali angusta nigricante.

Sp. 23. CINERELLA *Fall.*

YY. *Abdomen* lateribus vix grisei adspersum, fascia lata nigra dorsuali, basi latiore.

Sp. 24. TRAPEZOIDES *Zett.*

XX. *Epistomium* vix limbo paulo reflexo, non productum sub-ryctiforme.

W. *Alarum* spinula costalis, plus minusve distincta et erecta.

a. *Alarum* areola costalis, inter venas duas primas longitudinales, distincte infuscata.

Sp. 25. SEPIA *Mgn.*

aa. *Alarum* areola costalis non infuscata.

b. *Genae* magis vel minus latæ, et ultra oculos distincte productæ.

c. *Genitalia* maris lobis magnis concomitata.

Genae oblique sub-carinatæ, a radice antennarum ad basim oculorum.

Sp. 26. IMPUDICA *Rndn.*

cc. *Genitalia* maris parum incrassata vel lobis parvis instructa.

Genae planæ ante oculos, non oblique sub-carinatæ.
1. *Alae* non distincte infuscatæ.
Abdomen maris, saltem postice sub-compressum.

Sp. 27. VARICOLOR *Mgn.*

ee. *Alae* distincte infuscatæ.
Abdomen maris sub-depressum.

Sp. 28. DISSECTA *Mgn.*

bb. *Genae* angustæ, non aut vix ultra oculos productæ.
e. *Abdomen* nigricans, vitta nigriore intermedia indistincta.

Sp. 29. HISTRICINA *Rndn.*

ee. *Abdomen* dorso plus minusve griseo, vitta dorsuali nigricante distincta.
f. *Thorax* dorso sub-griseo, lineis duabus fuscis, remotis signato.
Alae venulis transversis paulo fusco-limbatis.

Sp. 30. LONGULA *Fall.*

ff. *Thorax* dorso fusco obscurius trivittato, vittis obsoletis.
Alae venis transversis haud fusco-limbatis.

Sp. 31. PUDICA *Rndn.*

ww. *Alae* spinula costali sub-nulla.
g. *Abdomen* dorso grisescente, vitta intermedia exile

nigricante, sed segmentis basi nec transversim maculatis, nec fasciatis.

h. *Arista* brevissime ad basim sed distincte incrassata. *Vitta* frontalis, saltem in mare, fusco-nigricans.

Sp. 32. PLATURA *Mgn.*

hh. *Arista* tertia parte basali, circiter, incrassata. *Vitta* frontalis, in utroque sexu, antice rufescens.

Sp. 33. INTERSECTA *Mgn.*

gg. *Abdomen* fuscum, segmentis basi vel nigricante fasciatis, vel transversim maculatis.

i. *Genitalia* maris appendicibus duabus laminaribus, albicantibus, ventri innixis. concomitata.

Sp. 34. LAMINIFERA *Rndn.*

ii. *Genitalia* maris appendicibus laminar.bus destituta.

k. *Alae* infuscatæ. — *Genae* non oblique sub-carinatæ. *Vena* longitudinalis secunda paulo ante transversam intermediam, costali conjuncta.

Sp. 35. INCOGNITA *Rndn.*

kk. *Alae* non infuscatæ: vena secunda longitudinale costalem attingente perfecte contra transversam intermediam.
Genae oblique sub-carinatæ.

Sp. 36. IGNOTA *Rndn.*

Observ. et Synonim.

Sp. 1. C. BICOLOR *Wdm Fall. Myn, Zett. Macq. Schin. Rndn.*

♂ *Caput* albo–sericeum, vitta frontalis nigricans vel picea.

Antennae nigræ, aliquando articulis basalibus paulo rufis, arista sub-nuda — *Palpi* pallide testacei.

Oculi in fronte, orbitis albidis et linea exilissima nigricante interposita, anguste sejuncti.

Thorax cum scutello cinerascens, dorso obsolete fusco-vittato.

Abdomen rufo-testaceum, non raro postice vel lateribus irregulariter fuscum, vel fusco–maculatum; genitalium lobi mediocres: segmentis postice tantum setis validiusculis cinctis.

Calyptra alba — *Halteres* flavidi.

Alae non omnino limpidæ: venæ longitudinalis quintæ segmento ultimo parum longiore præcedente: transversa exteriore recta aut sub-recta, et non obliqua: longitudinalibus 4.ª et 5.ª sub parallelis.

Pedes flavo-testacei, tarsis nigris, femoribus anticis saltem extrinsecus, magis vel minus infuscatis: tibiis femoribusque omnibus valide setosis, sed non villosis.

♀ similis mari, exceptis characteribus sexualibus, ani, frontis etc: ista lata, orbitis et vitta frontali interposita mediocribus, vitta nigricante, aliquando partim sub-rufa; *Abdomen* magis rufum, raro fusco-maculatum.

Non infrequens in tota in Italia, et magis obvia in superiore et media.

Sp. 2. C. LIMBATELLA *n;* Long. mill. 4.

♀ *Caput* album, vitta frontali lata rufo-crocea.
A*ntennae* articulo ultimo nigro, articulis basalibus rufis.
P*alpi* extrinsecus late nigricantes, basi auguste lutescentes.
T*horax*, *Calyptra*, H*alteres* et P*edes* ut in *bicolore.*
A*bdomen* obscure rufum, segmentis tribus ultimis postice albidi marginatis, ultimo late, duobus præcedentibus anguste.
Alæ sub-limpidæ: vena transversa exteriore ut in ♀ *bicoloris* sed minus distante ab interiore.
Fæminam tantum legi in Alpibus prope Varallum.

Sp. 3. C. VERSICOLOR *Mgn. Macq. Schin.* ***Rndn.***

Similis C. *bicolori*; sed A*ntennae* ut P*alpi* semper totæ nigræ etiam basi, et in speciminibus nostris femora antica late fusca.
Maris abdomen obscurius rufum, et nigricante sæpius variatum: fæminæ magis rufum, segmento ultimo, non satis longiore præcedente, et oviducto non observando: quibus notis a fæmina *terminalis* distincta.
In hoc sexu vitta frontalis lata rufo-crocea, orbitis angustis albis; in mare, oculi vix orbitis angustissimis, et linea exili nigricante sejuncti.
Cætera circiter ut in *bicolore*, exceptis alis limpidioribus, et earum vena transversa exteriore magis proxima interiori.
Raro lecta in Emilia.

Sp. 4. C. TERMINALIS *Rndn.* Long. mill. 3.

♀ Similis fæminæ *versicoloris*, tamen minor et diversa, præcipue *antennis* non totis nigris, sed articulis primis aut saltem secundo partim rufescente, et notis *Abdominis* distinctissima, in *terminali* segmento ultimo duplo et ultra longiore præcedente, et oviducto plus minusve porrecto.

Oviductum depressum, duobus segmentis instructum, exteriore nigro, interiore albido linea intermedia longitudinali nigricante: segmento interiore aliquando retracto et tecto, et tunc exteriore tantum porrecto, nigro, laminiforme ».

Palpi nigri, *Calyptra* albicantia, *Abdomen* rufum, ut vitta frontalis; *Pedes* testacei femoribus anticis partim fuscis etc. circiter ut in sp. præcedente.

Raro fæminas tantum inveni, in ditione parmense: unum exemplar a larva ortum in carie ulmi vivente.

Sp. 5. C. CHENOPODII *Rndn.*
HYOSCIAMI (Fœm.) *Desv.* (non *Mgn.*)
PERFORANS *Rndn.* (*Mas. var.*)

♂ *Palpi* ad apicem nigricantes, intus luteo-pallidi.

Antennae articulis basalibus manifeste rufis, articulo 3.° nigro.

Oculi vix orbitis exilissimis sejuncti, in fronte; vitta plus vel minus antice rufescente, raro tota fusca.

Thorax grisescens, vittis obsoletis, scutello concolore.

Abdomen griseum, protuberantia anali, et non raro etiam segmento aliquo apicali luteis — *Pedes* testacei, tarsis nigris, femoribus anticis partim fuscis.

Alae sub-limpidæ, vena transversa exteriore recta, non obliqua.

Calyptra albida; *Halteres* pallidissime lutei.

♀ Præter notas sexuales difert *Abdomine* griseo-sub-testaceo, non fusco, et femoribus anticis totis ut posteriores rufo-lutescentibus.

♂ ♀ Series frontales setarum, longe a radice antennarum sistentes.

Non raro legitur in Italia centrale.

Ejus larvæ ln folios Chenopodii urbici, et albi, et Athropæ belladonna minatrices, ex quibus imagines sæpe obtinui.

Sp. 6. C. CUNICULARIS *Piccioli Rndn.*

♀ Fere in omnibus similis fæminæ *chenopodii,* a qua tamen difert. *Abdomine* toto fusco, grisescente, non sub-testaceo; et femoribus anticis superne nigricantibus; qua nota difert etiam a C. *Conformi* Fall.

Fæminam unicam possideo in Etruria captam a D. Piccioli.

Sp. 7. C. HYOSCIAMI *Mgn. Pnz. Mcq. Zett. Schin. Rndn.*

Antennae basi rufæ. — Vitta frontalis tota etiam extrinsecus fusca non neque anguste rufescens in utroque sexu.

Abdomen pariter totum etiam apice fusco-nigricans, grisei adspersum, quibus notis similis videtur aliquibus præcedentibus, sed, præcipue mas distinguendus femoribus anticis totis ut posteriora rufescentibus: a sequentibus vero difert antennis basi rufis, non totis nigricantibus.

Imagines non vidi, sed in hyosciami nigri foliis larvas aliquando observavi intra duas epidermates viventes.

Sp. 8. C. PERFORANS *Rndn.* — CHENOPODII *Rndn.* ♂ *Var.*

Sp. hanc varietatem esse nunc cogito maris C. *chenopodii* distinctam fronte tantum tota etiam extrinsecus fusca non rufescente; inde in synonimia Sp. illius nostra *perforans* releganda.

Sp. 9. C. EFFODIENS *Rndn.* — Long. fæm. mill. 6.

Antennae totæ etiam basi nigricantes.

Palpi testacei, anguste ad apicem obscure fusci.

Frons extrinsecus rufescens, postice fusca, orbitis albicantibus: series frontales setarum usque ad radicem antennarum productæ.

Abdomen griseum, ventre et apice luteo-testaceis.

Pedes femoribus anticis extrinsecus nigricantibus, sequentibus cum tibiis omnibus testaceis, albo-grisei adspersis: tarsis nigris.

Cætera circiter ut in fæminis præcedentium.

Unicum exemplar melitense a D. Schembri obtinui.

Sp. 10. C. RIMANS *Rndn.*

♀ *Palpi* nigri — *Frons* late fulva, vertice tantum paulo fusco, et setis prædita etiam in parte anteriore usque ad radicem antennarum — *Antennae* totæ etiam basi nigricantes.

Thorax cum scutello fusco-griseus, unicolor.

Calyptra paulo lutescentia — *Halteres* pallide flavescentes.

Alae sub-limpidæ, vena transversa exteriore recta: intermedia contra apicem sita secundæ longitudinalis: quarta et quinta extrinsecus parallelis.

Pedes antici fere toti, posteriorum geniculi late sed dilute, et tarsi omnium intensius nigricantes; alibi testacei.

A. C. *effodiente* cui magis similis, difert etiam ventre griseo non lutescente, et abdominis segmento ultimo nigro non luteo.

Fæminam tantum legi in Apennino parmense.

Sp. 11. C. SULCANS *Schembri. Rndn.* ♂ ♀

Similis speciebus praecedentibus, et praecipue *effodienti* etiam seriebus setarum frontalium usque ad radicem antennarum productis, sed ab hac et ab aliis statim dignoscenda, femoribus omnibus nigricantibus, grisei adspersis.

Aliæ notæ sunt. — *Antennae* totæ nigræ — *Palpi* extrinsecus nigricantes, intus lutei præsertim in fæmina.

Frons grisescens antice lutei marginata in fæmina, fusca in mare.

Thorax cum scutello, fuscus, grisei tectus, ut abdomen totum etiam apice, in mare vitta dorsuale distincta, nigricante.

Alarum vena trasversa intermedia paulo extra, non contra apicem secundæ longitudinalis sita.

Pedes fusco-obscuri, paulo grisei, tibiis luteis, apici paulo obscurioribus, præsertim in mare.

Uterque sexus ab Insula Melita missus a D. Schembri.

Sp. 12. C. TEREBRANS *Tacchetti Rndn.* — *Mas. Long.* mill. 5.

Caput fulvescens, albidi nitens, vitta frontale rufofulva.

Antennae etiam basi, ut *palpi* toti, nigræ.

Series frontales setarum longe a radice antennarum sistentes.

Corpus nigricante-griseum; *thoracis* dorso vitta inter-

media fusciore, et *Abdomine* vitta lengitudinali supera nigricante.

Alae sub-limpidæ, venis obscuris, transversa exteriore sub recta: intermedia circiter contra apicem sita secundæ longitudinalis.

Calyptra albida — *Halteres* flavicantes.

Pedes nigri, tibiis omnibus et totis flavo-fulvis.

Specimen Windobonæ captum a Nob. Car. Tacchetti hic pro comparatione descriptum.

Sp. 13. C. DIVERGENS *Rndn.* *Long.* mill. 3.

Caput albo-sericeum, genis inferne angustis, fronte et ore paulo porrectis: vitta frontale in mare nigra, in fæmina picea — *Antennae* nigræ; arista nuda.

Thorax grisescens dorso fusco-sub-vittato; scutello concolore.

Abdomen maris paulo cinerascens, vitta dorsuali fusca, angusta, lateribus sub-rectis, in segmento ultimo vix continuata: fæminæ vitta obscura non distincta.

Alae levissime fuscæ, costa sub-ciliata, spinula satis exigua: venis longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus manifeste divergentibus; trasversa exteriore paulo sinuosa.

Calyptra alba. — *Halteres* pallidissimi.

Pedes nigricantes, geniculis et basi tibiarum fusco-lutescentibus, in fæmina minus anguste.

Uterque sexus in collibus ditionis parmensis a me lectus mense majo.

Sp. 14. C. TRICHODACTYLA *Rndn.*

Nigricans, grisei adspersa, *capite* paulo albicante.
Oculi maris in fronte sub-contigui — *Palpi* nigri — *Antennae* nigræ, arista paulo puberula.
Epistomium paulo porrectum.
Thorax dorso haud manifeste fusco-vittato,
Abdomen grisescens, vitta dorsuali in mare distincta fusca, lateribus sub-rectis, ad suturas segmentorum sub-interrupta.
Calyptra albicantia — *Halteres* pallide flavi.
Alae sub-limpidæ, costa sub-nuda, spinula non distincta: vena transversa exteriore sub-recta, seu vix sinuosa; intermedia contra apicem sita secundæ longitudinalis: quarta et quinta extrinsecus potius convergentibus quam divergentibus.
Pedes nigri: femoribus posticis inferne longe setosis ad apicem, breviter ad basim: tibiis propriis antice setulis æqualibus sub-erectis, per totam longitudinem breviter ciliatis: metatarsis intermediis superne setulis longiusculis 4-5 ornatis.
Marem unicum legi in montuosis apuanis.

Sp. 15. C. CILICRURA *Rndn.* *Long.* ♂ mill. 4. ♀ mill. 3.

Caput albidi sericeum; ore parum reflexo; fronte non porrecta, vitta intermedia in mare nigricante, in fæmina antice rufa.

Oculi in fronte maris sub-coherentes.

Antennae ut *palpi* nigræ, arista paulo puberula.

Thorax fusco-grisescens, dorso vittis tribus obscuris latiusculis: metathorace griseo-cano.

Alae sub-limpidæ, vena transversa exteriore parum obliqua, sub-recta: intermedia circiter contra apicem sita secundæ longitudinalis: quarta et quinta extrinsecus sub-parallelis: spinula costæ parva.

Calyptra alba — *Halteres* pallide lutei.

Abdomen dorso cinerascente, vitta dorsuali nigricante, lateribus sub-rectis, et incisuris segmentorum sepius paulo fuscis: maris lobi anales parvi.

Pedes nigri: femoribus posticis prope basim inferne sub-nudis, tibiis propriis, antice, setulis erectis sub-æqualibus per totam longitudinem ciliatis.

In tota Italia, etiam insulare frequenter legitur.

Sp. 16. C. HIRTICRURA *Rndn.*

♂ Corpus nigricans, grisei adspersus, *capite* albo-nitente; *palpis*, *antennis*, et vitta frontali nigris.

Oculi in fronte sub-contigui, vix orbitis angustissimis sejuncti.

Arista antennarum nuda, sensim a basi ad apicem attenuata.

Thorax dorso dilutissime fusco-vittato, scutello concolore.

Alae paulo griseæ, spinula costale distinctissima: grisescentia versus basim paulo lutea, et etiam

dilute ad costam et circa venam sextam longitudinalem: transversa exteriore sub-recta et paulo obliqua: intermedia paulo extra apicem sita secundæ longitudinalis: quinta et sexta extrinsecus parallelis, quintæ segmento ultimo triplo circiter longiore præcedente.

Pedes nigri, femoribus posticis inferne totis etiam basi setosis, tibiis propriis intus (non antice) per totam longitudinem breviter ciliatis.

Raro legitur in Italia media et in superiore.

Mares aliquos tantum observavi.

Sp. 17. C. HISTRIO *Zett. Rndn.*

♂ Corpus fuscum griseo-cinerascens, *capite* albo-sericeo, *fronte* prominente, *os* non porrectum.

Antennae, palpi, et vitta frontalis nigra — Arista vix puberula.

Oculi iu fronte arcte sub-contigui.

Thorax antice in dorso macula lata utrinque, et lineolis duabus intermediis nigris; retro late nigro-trimaculato: *Scutellum* nigro-limbatum.

Abdomen dorso cinerascente, vitta dorsuali et fasciolis ad incisuras segmentorum nigricantibus: organis capulatoris parvis.

Alae sub-limpidæ; vena transversa exteriore sinuosa et obliqua; intermedia apici opposita secundæ longitudinalis: quarta et quinta ad apicem parum divergentibus.

Calyptra alba — *Halteres* pallide flavi.

Pedes nigri, paulo cinerascentes, tibiis posticis intus (non antice) breviter, per totam longitudinem ciliatis.

Fæminas non vidi, a maribus diversas tantum notis sexualibus frontis latiusculæ, et ani sub-acuti, nec non absentia ciliorum in tibiis etc.

Raro in Italia centrale legitur.

Sp. 18. C. ANGUSTIFRONS *Mgn. Rndn.*
FUSCICEPS (*var.*) *Zett.*

Corpus nigricans, sub-cinerascens, *antennis* et *palpis* nigris, arista subnuda basi breviter sed distincte incrassata.

Caput fuscum, vel fulvescens in junioribus, vitta frontale extrinsecus magis vel minus rufescente.

Thorax dorso fusco-vittato, vittis tribus sæpe parum perspicuis; scutello concolore — *Caliptra* alba — *Halteres* pallide lutescentes.

♂ Oculi in fronte arcte coherentes.

Abdomen superne griseo-sub-cinerascens, vitta longitudinale nigricante, raro ad incisuras fusco leviter cinctum: Organis copulatoriis parvis, — *Tibiae* posticæ antice crebre villosæ.

♀ *Caput* albicans, vel fulvescens in junioribus: fronte lata, vitta antice rufa. *Abdomen* magis griseum vitta intermedia obscura, ad apicem attenuatum — Tibiæ posticæ non villosæ.

♂ ♀ Alæ sub-limpidæ; vena transversa exteriore sub-recta et parum obliqua; intermedia contra api-

cem posita secundæ longitudinalis; quarta et quinta extrinsecus parallelis: Spinula costale subnulla.

Pedes nigricantes, aut fusco-picei in juvenilibus.

Non rara in Italia superiore et media.

Sp. 19. C. FLOCCOSA *Macq. Rndn.*

♂ Nigricans, *genis* et *orbitis* albo-nitentibus; *Palpi*, *Antennae*, et vitta frontalis nigra; arista puberula.

Oculi in fronte satis proximi, sed vitta exili nigra interposita.

Thorax dorso paulo griseo, lateribus fuscis, et vitta intermedia obscura: scutello concolore.

Calyptra albida — *Halteres* pallide flavescentes.

Abdomen superne grisescens vitta dorsuali et fasciolis transversis ad incisuras segmentorum nigricantibus: organis copulatoriis parvis.

Alae dilute sub-fuscæ, ab basim, et costam et circa venas fuscedine saturatiore, et lutescente; spinula costali distincta: vena transversa exteriore paulo sinuosa, et parum obliqua; longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus parallelis.

Pedes nigri, femoribus posticis inferne breviter setulosis, sed basi pilis et setulis longiusculis et crebris fasciculatis: tibiis intus serie setularum præditis.

♀ Præter notas sexuales difert a mare, vitta frontale

extrinsecus rufescente, et abdominis fasciis et vitta obscuris sub-deletis: alis non infuscatis etc.

In Alpibus et Apenninis Italiæ superioris et mediæ non frequens.

Sp. 20. C. PILOSELLA *n.* — *Long.* mill. 3.

♂ Nigricans, *genis* albidi nitentibus — *Os* non porrectum nec reflexum.

Antennae ut *palpi* nigræ, arista sub-nuda.

Oculi in fronte late subcoherentes, vitta frontali fusca.

Thorax cum scutello obscure grisescens vittis obscurioribus non distinctis.

Abdomen dorso sub-cinerascente, vitta intermedia nigricante, ad basim segmentorum sub-dilatata: organis copulatoriis paulo porrectis et breviter appendiculatis.

Calyptra alba — *Halteres* flavo-lutei.

Alae dilutissime et æqualiter sub-fuscæ: spinula costali parva sed distincta; vena transversa exteriore recta; intermedia perfecte apici opposita secundæ longitudinalis: quarta et quinta extrinsecus potius convergentibus, quam divergentibus.

Pedes nigri, femoribus posticis ad latera pilis longiusculis sub-ciliatis, basi non fasciculatis: tibiis propriis nec intus nec antice setulosis.

Mas tantum raro lectus in montuosis agri parmensis.

Sp. 21. C. MUSCARIA *Mgn. Macq. Zett. Schin. Rndn.*
PALPELLA *Rndn.* (var.)

♂ *Os* porrectum et reflexum: *frons* prominens.
Corpus nigricans, paulo grisescens, genis cinerascentibus.
Antennae breves, ut palpi nigræ, istis apici dilatatis, pilosis; arista nuda. basi crassiuscula.
Oculi magni in fronte coherentes, fronte antice fusca.
Proboscis exserta, labio apicale satis parvo, subindistincto.
Thoracis dorsum vittis fuscis vix perspiciendis: scutello concolore.
Abdomen dorso et ventre pilis longis vestitum, in illesis linea dorsuali et etiam incisuris segmentorum nigricantibus: angustum, depressum, organis capulatoriis parvis, et appendiculis brevibus concomitatis.
Alæ dilutissime fuscæ, costa prope basim paulo fusciore, radice nisi nigricante saltem distincte fusca: spinula costale nulla: vena transversa exteriore recta: longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus parallelis.
Pedes nigricantes, femoribus posticis crebre et longe pilosis, ad latera et inferne; tibiis propriis nec intus nec antice setulosis.
♀ Magis cinerascens; Abdominis vitta tantum dorsuali fusca observanda: femora haud crebre pilosa, et aliis notis sexualibus distincta.

Raro lecta in Alpibus et Apennino Italiæ superioris.

Sp. 22. C. GRISELLA *Rndn.*

♂ Niger albidi adspersus — *Os* distincte porrectum.
Oculi in fronte arcte sub-coherentes.
Antennæ ut *palpi* nigræ, arista sub-nuda.
Thorax, cum scutello concolore, griseus, non manifeste fuscovittatus.
Calyptra alba — *Halteres* pallide fusci, capitulo fuscius notato.
Abdomen dorso sub-cinerascente, vitta longitudinale latiuscula nigricante, et segmentis basi vix paulo fuscis.
Alæ sub-limpidæ, spinula costale sub-nulla: vena transversa exteriore distincte obliqua, sed vix sinuosa: longitudinalibus quarta et quinta potius extra convergentibus quam divergentibus; quintæ segmento penultimo fere duplo breviore ultimo.
Pedes nigri, femoribus posticis inferne fere totis setigeris, tibiis propriis intus et antice sub-nudis.
Mares aliquos tantum legi in montuosis agri parmensis.

Sp. 23. C. CINERELLA *Fall. Zett. Rndn.* etc,

♂ Cinerei aspersus, *capite* albo sericeo; *frons* vix prominens, *os* productum: *Oculi* in fronte subcoherentes.
Antennæ mediocres, nigræ ut *palpi,* arista sub-nuda.
Thorax cum scutello cinerascens, vitta dorsuale fusca, aliquando parum aut non perspicua.

Halteres pallide flavi — *Calyptra* alba.
Abdomen subcylindricum, organis copulatoriis parvis, cinerascens, linea fusca dorsuale interrupta ad apicem segmentorum.
Alae sub-limpidæ, spinula costale sub-nulla: intermedia contra apicem sita secundæ longitudinalis: quarta et quinta ad apicem paulo approximatis.
Pedes nigri, femora postica prope basim inferne setis distinctis destituta, tibiis propriis nec intus nec antice setulosis,
♀ *Frons* lata, macula apicale rufa, abdomine conico vitta dorsuale fusca subnulla vel nulla.
In tota Italia frequens.

Sp. 24. C. TRAPEZOIDES *Zett. Rndn.*

♂ Similis habitu Sp: *sepiæ* Mgn, sed statim distinguenda costa alarum non infuscata, neque inter duas venas primas longitudinales; et organis copulatoriis parvis, non lobis validis concomitatis.
Exemplaribus nostris descriptio *trapezoidis* Zett omnino convenit, tamen statura italicorum satis minor, et maculæ trapeziiformes fasciam dorsualem latam nigram abdominis constituentes, minus determinatæ, inde dorsum late nigrum apparet, lateribus tantum paulo grisei adspersis.
Nigricans, obscure cinerascens, capite albo-nitente.
Oculi in fronte appoximati a vitta exili nigra sejuncti.

Os distincte productum — *Antennœ* nigræ ut *palpi*, arista nuda vel tenuiter puberula, basi incrassata.

Thorax cum scutello fuscus lineis fuscioribus sub-nullis.

Alœ sub-limpidæ, vena transversa exteriore recta sub-perpendiculare; costa sub-ciliata, spinula sub-nulla.

Calyptra albicantia — *Halteres* pallide lutei.

Pedes nigri, tibiis posticis antice et intus sub-nudis.

Mares aliquos tantum legi in montuosis Italiæ centralis.

Sp. 25. C. SEPIA *Mgn Macq. Rndn. Zett. Wlk. Schin.*

Nigricans, sub-nitens, capite albicante; *frons* prominula; *Os* distincte productum — Oculi ± in fronte a vitta exili divisi.

Antennae ut *palpi* nigræ, arista sub-nuda.

Thorax cum scutello fuscus, unicolor, ut vitta frontalis.

Abdomen nigricans, in medio dorsi paulo nitens, lateribus sub-griseis in illesis: organa copulatoria maris lobis duobus validis inferne concomitata.

Calyptra albida — *Halteres* pallidi.

Alae spinula costale distincta, fuscescentes, costæ et basi fuscedine saturatiore, et macula inter venas duas primas longitudinales obscuriore distincta.

Pedes nigri, tibiis posticis intus breviter et parce setulosis.

♀ Frons mediocriter lata, orbitis albicantibus vitta media nigricante.

Vulgaris in tota Italia — Larva intra caulem vivit tritici et aliarum graminacearum. (Obs. n.).

Sp. 26. C. IMPUDICA *Rndn.* — *Long.* mill. 3-4.

♂ Nigricans, paulo grisea, capite albicante, fronte et ore non porrectis. — *Antennae* ut *palpi* nigrœ, arista puberula.

Oculi in fronte approximati, vitta angusta nigro-opaca interposita.

Thorax cum scutello fusco-grisescens, vitta obscura intermedia distincta, duabus lateralibus, distantibus, parum perspicuis.

Calyptra pallide lutea — H*alteres* pallide flavicantes.

Abdomen dorso paulo griseo, vitta longitudinale obscura et aliquando etiam fasciolis fuscis ad basim segmentorum: Organis copulatoriis, lobis magnis duobus ventralibus. subtus setulosis et basi rufescentibus, concomitatis.

Alae dilute sub fusco-ferruginosæ, fuscedine basi saturatiore, et ad costam et circa venas distinctiore: vena transversa exteriore sub-recta, subobliqua: intermedia contra apicem sita secundæ longitudinalis, quarta et quinta extrinsecus parallelis: spinula costæ valida.

Pedes nigri valide setosi, tibiis posticis intus parce setulosis.

♀ *Frons* latiuscula vitta intermedia nigra, macula apicale rufa.

Abdomen acutiusculum fuscum, vitta dorsuale fusciore.

Alae limpidiores — Calyptra albida, etc.

Non frequens in Italia Alpina et Apennina superiore.

Sp. 27. C. VARICOLOR *Mgn. Macq. Wlk. Schin. Rndn.*

♂ Similis mari *impudicae* colore corporis, statura etc. tamen a maribus istius et aliarum satis diversus.

Abdomine sub-griseo non solum vitta dorsuali media nigricante, sed lateribus etiam obscure vittatis; et organis copulatoriis lobis mediocribus, basi non rufescentibus concomitatis: et segmentis postice linea pallida cinctis.

Tibiae posticæ intus non setulosæ.

♀ *Frons* vitta intermedia amplissima, orbitis satis angustis et apici macula rufa non distincta, aliquando tantum paulo fusco-rufescens.

Abdominis vittæ obscuræ parum aut non manifestæ.

Cætera circiter ut in præcedente.

Non rara in Italia superiore et media, præsertim tempore verno.

Sp. 28. C. DISSECTA *Mgn. Macq. Schin. Rndn.*

♂ Corpus nigricans, obscure cinerascens, *ore fronteque* paulo prominentibus; *genis* latis.

Antennae, ut palpi subfiliformes, nigræ, arista puberula.

Oculi sub-coherentes in fronte.

Thorax dorso nigricante-trivittato, humeris subcinerascentibus; scutello thorace griseo concolore.

Calyptra sordide alba — *Halteres* flavescentes, basi obscuriores.

Abdomen leviter griseum vitta dorsuali nigricante, et incisuris segmentorum fusco-fasciatis: organa copulatoria sub-incrassata nitida, appendicibus duabus parvis concomitata.

Alae dilute fuscescentes: vena transversa exteriore recta, perpendiculare: spinula costale distincta.

Pedes nigri, femoribus posticis inferne totis setigeris, tibiis propriis intus setulis aliquibus erectis munitis.

♀ *Frons* antice rufescens: *Abdomen* vitta et fascis obscuris minus aut non distinctis: præter characteres sexuales.

Rara in Italia centrale.

Sp. 29. C. HISTRICINA *Rndn.* — *Long.* mill. 4.

♀ Corpus nigrum, vix grisei adspersum: *fronte* non porrecta; os vix reflexum: genis et orbitis albicantibus, genis angustis.

Oculi in fronte proximi, orbitis mediocribus interpositis.

Antennae ut palpi nigræ, arista puberula.

Thorax cum scutello unicolore nigricans, non manifeste lineatus.

Calyptra sub-albida — *Halteres* pallide lutescentes.

Abdomen nigrum, sub-nitens, vix lateribus grisescentibus; præsertim ad latera setis hirtum: organis copulatoriis parvis, ano tantum porrecto nitido.

Alae paulo fuliginosæ, et in parte anteriore intensius.

Spinula costale sub-nulla: vena transversa exteriore recta: intermedia apici opposita secundæ longitudinalis; quarta et quinta extrinsecus parallelis.

Pedes atri, femoribus posticis subtus totis setosis, et extra setis validis armatis; tibiis propriis intus quamvis brevissime, tamen manifeste subciliatis.

Mares aliquos tantum inveni in Apennino Italiæ centralis.

Sp. 30. C. LONGULA F*all. Zett. Schin. Rndn.* (non *Mgn.* nec *Macq.*)

♂ Corpus nigricans, griseo-cinerascens, *capite* albo-nitente: *fronte* et *ore* non distincte porrectis — *Antennae* nigræ, arista vix puberula.

Oculi in fronte arcte sub-coherentes — *Palpi* nigri.

Thorax in dorso lineis duabus nigricantibus, remotis, signatus; scutello griseo concolore.

Calyptra albida — *Halteres* flavescentes.

Abdomen vitta dorsuale obscura, interrupta; organis copulatoris parvis, non lobatis.

Alae griseæ, basi abscurius; spinula costale validiuscula: venis transversis paulo fusco-limbatis, exteriore recta: venis longitudinalibus quarta et quinta ad apicem paulo approximatis.

Pedes nigri, femoribus posticis inferne parce sed valide setosis; tibiis propriis intus setulis aliquibus, rigidis, præditis.

♀ *Frons* lata, vitta intermedia antice flava, postice cinerea.

Abdominis vitta dorsualis parum aut non distincta; in cæteris similis mari, exceptis notis sexualibus.

(Nota). Habitu faciliter confundenda cum *Anth*: *pullula* Fall: = *Hylem*: *longula* Mgn. (non Zett), sed ista statim distinguenda.

Arista pilosa non puberula — *Thorace* fusco-trivittato, non bilineato: maris vena transversa exteriore sinuosa, et Fæm: fronte extrinsecus non rufescente etc.

Sp. *longula* satis rara in montuosis Italiæ superioris et centralis.

Sp. 31. C. PUDICA *Rndn*. Long. mill. 5.

♂ Similis mari C. *varicoloris* Mgn: (N. 27) a quo vero distinctissimus, præsertim *Abdomine* nec ad latera fusco-vittato, nec segmentis postice linea grisea marginatis: præterea.

Vitta frontalis (in specim: nostro) rufescens non nigricans.

Oculi in fronte contigui, non paulo remoti.

T*horacis* dorsum nigro-trivittatum, vitta intermedia distinctissima, lateralibus parum determinatis latiusculis.

Organa copulatoria etiam magis parva, nigra.

Fæminam non vidi: marem tantum observavi in Pedemontio captum ab Eq: Truqui.

Sp. 32. C. PLATURA *Mgn. Zett. Macq. Schin. Rndn.*

♂ Fusco-grisescens, *ore fronteque* parum prominulis, *capite* albo-nitente — *Oculi* in fronte sub-cohe-rentes, vitta obscura.

A*ntennae*; ut *palpi* sub filiformes, nigræ, arista sub-nuda, basi breviter incrassata.

T*horax* dorso nigricante-trilineato, scutello thorace concolore.

Calyptra sordide alba — H*alteres* pallide lutei, basi obscura.

A*bdomen* depressum, pilosum, vitta obscura dorsuale latiuscula.

A*lae* levissime fuscescentes, spinula costale indistincta; vena transversa exteriore recta: intermedia contra apicem sita secundæ longitudinalis: quarta et quinta extrinsecus sub-parallelis.

P*edes* nigri, tibiis posticis nec intus nec antice setulosis.

Organa copulatoria nec distincte incrassata nec lobata.

♀ Præter notas sexuales capitis, ani etc. frontem præbet antice plus vel minus rufescentem; alas magis limpidas; calyptra albidiora etc.

Rarissima apud nos, quamvis ejus larva in alliorum bulbis vivat, ut observatores dicunt.

Sp. 33. C. INTERSECTA *Mgn. Zett. Schin. Rndn.*

♂ Simili mari *platurae* præcedentis. sed distinguenda: statura majore; *vitta frontale* antice rufescente etiam in mare; A*rista* ad basim longius incrassata: T*horace* vittis obscuris parum determinatis, latioribus. — H*alterum* stipite basi non obscura: A*bdominis* vitta nigricante dorsuali angusta, parum perspicua in mare, fere nihil in fæmina.

P*edibus* utriusque sexus fusco-piceis non nigris, femoribus posticis inferne crebre pilosis, non setulis longiusculis parce munitis etc.

Non infrequens in Emiliæ planitiæ ab aprile ad junium. Ejus larva a me observata, in stipite vivit Euphorbiæ palustris.

Sp. 34. C. LAMINIFERA *Rndn.* *Long.* mill. 5.

♂ Nigricans, fusco-grisescens, capite paulo cinerascente.

Oculi in fronte sub–coherentes, vitta frontali antice rufescente.

Os vix reflexum: *Antennae* ut *palpi* nigræ, arista puberula.

Thorax dorso non manifeste nigro-vittato, scutello concolore.

Abdominis dorsum grisescens vitta longitudinale nigricante, et limbo postico segmentorum obscure fusco.

Calyptra dilute sub-fusca — *Halteres* fulvescentes.

Alae dilutissime fuscanæ, spinula costale nulla; vena transversa exteriore recta.

Pedes nigricante–picei , tibiis posticis nec antice nec intus setulosis.

Organa capulatoria laminis duabus longis albicantibus, ventri innixis concomitata.

Semel marem legi in colle sub-apennino ditionis parmensis.

Sp. 35. C. INCOGNITA *Rndn.*

♂ Similis habitu, colore, statura etc. *Anth. dissectae* Mgn (N. 28) sed notis variis distincta, scilicet.

Arista magis puberula — *Genis* ante oculos satis angustis.

Alarum spinula costale sub indistincta.

Abdominis segmentis ad basim late nigro-fasciatis, fasciis ad latera attenuatis, vitta intermedia obscuriore non distincta, in nigredine fasciarum confusa.

Alteri characteres circiter ut in *dissecta,* scilicet.

Alae sub-infuscatæ, venis longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus parallelis; transversa exteriore satis distante ab intermedia.

Calyptra fusco-lutescentia — *Organa* copulatoria satis parva.

Femora postica inferne tota setigera, tibis propriis intus parce sed distincte setulosis.

Specimina aliqua mascula in montuosis alpinis legit D. Mussino januensis.

Sp. 36. C. IGNOTA *Rndn.*

Iterum similis *Anth. dissectae*, et etiam *incognitae* præcedenti, sed ab utraque diversa, *statura* minore: *Alis* sub-limpidis non manifeste infuscatis — *Calyptris* albidis — *Arista* sub-nuda — *Thorace* cum scutello griseo etc.

A prima vero difert etiam *genis* ante oculos angustissimis.

Spinula costale alarum satis exigua.

Tibiis posticis intus non manifeste setulosis etc.

Ab *incognita* vero distinguenda fasciis quoque segmentorum abdominis, saltem ad latera non aut parum observandis.

Marem tantum observavi in colle Italiæ centralis lectum.

G. XXII. ACYGLOSSA. *Rndn.*

CHAR. GEN.

Oculi nudi, in fronte maris satis approximati, non sub-contigui.
Antennæ breves, articulis duobus ultimis sub-æque longis; arista nuda — *Os* paulo reflexum et porrectum.
Proboscis ad apicem sub-acuminata, labiis inferis destituta.
Calyptra parva, squamis inferis a superis omnino testis.
Alarum vena ultima postica margini producta.
Abdominis segmenta setis validiusculis biseriatim cincta: *Organis* copulatoriis parum incrassatis.
Tibiæ intermedia retro et extra setigeræ.

Sp: ITAL. UNICA.

Sp. 1. A. DIVERSA *Rndn.* *Long.* mill. 4-5.

♂ Niger nitidus, *capite* albo-sericeo.
Oculi in fronte ab orbitis albis exilibus, et vitta mediocri intermedia nigricante vel fusca sejuncti.
Antennae nigræ, arista ad basim breviter sed distincte crassa.
Palpi, breves, exiles, sub-clavati, longe pilosi, nigri.
Thorax ut scutellum et abdomen nigro-nitidus, vix al latera levissime grisei adspersus.

Calyptra albicantia — Halteres luteo-flavidi, capitulo dilute fusco.

Alæ sub-limpidæ, ad costam tamen paulo fuscescentes, basi fusciore: spinula costale sub-indistincta: vena transversa exteriore recta, intermedia apici opposita secundæ longitudinalis: quarta et quinta extrinsecus divergentibus.

Pedes nigri, longe setosi, tibiis posticis nec intus nec antice setulis distinctioribus munitis.

Rarissimo mares lecti, in Italia centrale apennina, ut in meridionale ditionis neapolitanæ.

G. XXIII. HYLEPHILA *Mihi.*

Chortophila *prt Rndn.* — **Aricia** *Zett.*
Anthomyia *Mgn.* — **Limnophora** *Macq.*
Musca *Fall.*

Caput buccatum — *Arista* nuda — *Frons* fæminæ angustior singulo oculo, nisi isti fere proximi ut in mare:

Oculi maris ab orbitis et linea intermedia angustis sejuncti.

Abdominis genitalia non incrassata nec lobata.

Alarum vena transversa exterior obliqua.

Cætera circiter ut in *Chortophila*, et *Hammomyia* sequente (1).

(1) Genus hoc notis paucis difert a sequente, et præcipue *arista* nuda non pilosula, inde si non placet, cum *Hammophila* conjungatur, nomine isto servando.

Sp. ITALICÆ.

a. *Frons* utriusque sexus, in medio saltem quadruplo angustior singulo oculo; vitta intermedia postice attenuata.

Sp. 1. BUCCATA F*all.*

aa. *Frons*, saltem in fæmina, vix angustior singulo oculo, vitta intermedia ubique æqualiter lata.

Sp. 2. INFLATA *Mihi.*

Diagn. et Synon.

Sp. 1. H. BUCCATA F*all. Mgn. Zett. Schin. Rndn.*

Grisea, *capite* buccato albido; *Antennis* brevibus, ut palpi nigris, arista nudiuscula: *frons* antice latior, postice angustata.

Oculi utriusque sexus in fronte satis proximi, orbitis tantum et vitta intermedia angustis sejuncti: vitta frontis nigra.

Thorax cum scutello griseus, aliquando vitta fusca in $\frac{1}{2}$ postice signatus, in scutello paulo producta.

Calyptra sub-albida in mare, albissima in fæmina — H*alteres* flavicantes.

Abdominis vitta dorsualis fusca in mare, ad margines posticos segmentorum sub-interrupta; in fæmina

minus distincta et aliquando deleta: genitalibus maris parum incrassatis.

Alæ sub-limpidæ, vix ad basim fusco-flavescentes; spinula costale sub-nulla: vena transversa exteriore paulo sinuosa et obliqua: intermedia fere extra apicem sita secundæ longitudinalis: quarta et quinta ad apicem sub-approximatis.

Pedes nigricantes, tibiis multisetosis, posticis etiam in mare antice sub-nudis.

Raro legitur in tota Italia etiam insulari. Exemplar melitense fæmineum possideo, statura satis minore et abdomine vitta obscura dorsuali omnino nulla; forte speciei distinctæ adscribenda, quando mares cognoscantur et altera eyemplaria similia, et tunc appellanda.

H. *melitensis*.

Sp. 2. H. INFLATA *n*.

♀ Similis habitu et colore fæm: præcedentis, sed minor, et notis frontis distinctissima, nam in hac vix angustior est singulo oculo, non quadruplo aut ultra; et vitta nigra intermedia antice non latiore, nec postice angustiore, sed ubique æqualiter lata; præterea.

Thorax, in specimine observato, vitta nigricante sub-ferruginosa, dorsuale, distincta signatus, et etiam.

Abdomen in dorso vittam intermediam præbet fusco-sub-ferrugineam.

Aliæ notæ circiter ut in præcedente.

Semel fæminam legi in colle ditionis parmensis.

G. XXIV HAMMOMYIA *n.*

Aricia *Zett.* — **Anthomyia** *Mgn p.*
Hylemya *p. Mgn. Rndn.*
Musca *Fall.*

Caput buccatum — *Arista* pilosula, quamvis breviter.

Oculi in utroque sexu remotiusculi; fæminæ *fronte* plus minusve angustiore singulo oculo.

Alarum vena transversa exteriore obliqua, vel sub-obliqua.

Abdomen genitalibus in mare parvis.

Cætera circiter ut in Hylephila.

Sp. ITAL. UNICA.

Sp. 1. H. ALBESCENS *Zett. Schin.*
ALBULA *Mgn. Rndn.* - BUCCATA *Fall.*
CINEREA *Desv. Macq.* (prt).

♂ Cinerascens sub-cana, capite buccato albo-sericeo. *Oculi* remotiusculi, orbitis mediocribus albidis et

vitta nigricante interpositis: puncto supra antennas albo. — *Palpi* parvi nigricantes.

Antennæ mediocres nigræ, arista breviter pilosula, basi crassa.

Thoracis dorsum cum scutello cinereum, aliquando vitta fusca signatum — *Calyptra* alba — *Halteres* flavescentes.

Abdomen cinerascens linea dorsuale nigricante, et non raro ad incisuras segmentorum paulo fusco-fasciatum: genitalibus parvis, non lobatis.

Alæ limpidæ: spinula costale nulla: vena transversa exteriore obliqua et paulo sinuosa: longitudinalibus quarta et quinta ad apicem sub-approximatis.

Pedes nigricantes, femoribus paulo cinerei adspersis; tibiis anticis extra brevissime sub-ciliatis: posticis intus in parte media setulosis.

♀ Similis mari, fronte tamen paulo sed non satis latiore, tibiis posticis intus non setulosis; abdominisque notis sexualibus, nec non pulvillis parvis distincta.

Frequens in tota Italia etiam insulari.

G. XXV. CHIROSIA *Rndn.*

Aricia *Zett.* — **Coenosia** *Schin.*

Anthomyza *Wlbrg. Zett.*

Oculi nudi, in fronte utriusque sexus remoti.

Antennæ inclinatæ, articulo tertio oblongo; arista vix puberula — *Frons* non producta sed leviter prominens.

Alarum spinula costalis nulla: vena ultima postica margini alarum producta·

Calyptra parva, squamis inferis a superis omnino tectis.

Tibiæ intermediæ extrinsecus setis destitutæ, vix aliqua posteriore præditæ.

Genitalia maris paulo incrassata, sed laminis validis destituta.

Pulvilli tarsorum in mare longiusculi, sed non satis longi.

Sp. Ital. unica

Sp. 1. C. albimana *Wlbrg. Zett. Rndn.*
albitarsis *Zett. Rndn.*

Corpus fuscum leviter cinerascens, *Antennis, palpis*, vittaque frontale nigris; orbitis et genis albonitentibus.

Thorax cum scutello griseo-unicolor.

Calyptra albida parva — *Halteres* pallidi.

Abdomen maris subcylindricum, ano rotundato, subtus brevissimæ appendiculato; dorso cinerascente: fæminæ sub-conicum.

Alae sub-limpidæ, in mare tamen paulo turbidæ, basi in utroque sexu albicantes: vena transversa exteriore recta: intermedia paulo extra apicem sita secundæ longitudinalis: longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus parallelis.

Pedes nigri, tarsis anticis maris tibiis longioribus, et articulis tribus basalibus, magis vel minus albicantibus.

Rara in Italia centrali.

G. XXVI. SCHOENOMYZA *Halid.*

Litorella *Rndn* — **Coenosia** *Schin.*
Ochtiphila *Fall. Mgn. Macq. Zett.*

Oculi nudi, in fronte utriusque sexus satis remoti.

Antennae sub-erectæ, paulo divergentes, articulo ultimo latiusculo, apice superne sub-acutiusculo: arista sub-nuda.

Os ad latera seta unica mistacina præditum.

Alae spinula costale minutissima; vena ultima postica valde abbreviata: secunda costalem attingente manifeste ante, non contra transversam intermediam.

Calyptra parva, squamis inferis a superis omnino tectis.

Pedes tibiis intermediis retro et extra setigeris; pulvillis in utroque sexu parvis.

Sp. ITALICA UNICA.

Sp. 1. S. LITORELLA *Fall. Mgn. Macq. Zett. Rndn.*
LITOREA *Hal.* (Entomol. Magaz. 1.)
OCHTIPHILA *Rndn.* (Prodr. 1.)

Grisea cinerascens, epistomate in mare fulvo subaureo, in fæmina albo-lutescente: fronte retro nigricante, antice a macula lata gemina alba occupata, in mare albissima.

Antennæ ut palpi nigræ, istis sub-exsertis, sub-filiformibus.

Thorax grisescens obsoletissime in dorso bilineatus.

Abdomen griseum, dorso maris obsolete et late transversim fusco-fasciato; fæminæ unicolore, aliquando incisuris nigris.

Calyptra parva albida — *Halteres* pallide lutescentes.

Alae sub-limpidæ, aliquando venis transversis paulo fusco-limbatis, quarum exteriore recta: longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus sub-parallelis.

Pedes nigri, extus paulo cinerei adspersis.

Non frequenter in Italia legitur a Pedemontio ad Neapolim.

G. XXVII. CHELISIA *Rndn.*
Coenosia *Mgn. Schin.*
Aricia *Zett.*

Oculi nudi, in fronte utriusque sexus remoti.
Antennae flexæ, articulo tertio elongato, arista distincte pilosula.
Os sub duas mistacinas, inferne setis marginatum.
Alae spinula costale distincta: vena ultima postica margini non producta.
Calyptra parva, squamis inferis a superis omnino tectis.
Abdomen maris genitalibus validiusculis et lobatis; fæminæ ano appendicula instructo.
Pedes tibiis intermediis retro et extra setigeris; pulvillis tarsorum in utroque sexu parvis.

Sp. ITAL. UNICA.

Sp. 1. C. MONILIS *Mgn. Rndn. Schin.*
UMBRIPENNIS *Zett.*

Fusca, opaca, sub cinerascens: frontis vitta nigricante-cinerea, aliquando antice pallide lutea, orbitis albidis.
Antennae ut *palpi* parvi et leniter clavati nigræ.
Thorax dorso vitta media distincta nigricante.
Calyptra squamis æqualibus, parvis, et *halteres* albicantia.

Abdomen vitta late interrupta dorsuali nigricante, et lateribus dilute fusco tessellatis, aliquando sub-maculatis.

Alae longiusculæ, præsertim in mare fuscæ, basi sub-limpidæ: vena transversa exteriore recta: inter-media manifeste extra non contra apicem sita secundæ longitudinalis: quarta et quinta extrin-secus sub-parallelis.

Pedes nigri, tibiis posticis intus parce et breviter setulosis.

Raro lecta in Italia centrale et media.

G. XXVIII. MYCOPHAGA. *Rndn.*

Coenosia *Mgn. Schin.*
Anthomyza *Zett.*
Musca *Fall. Desv.*

CHAR. GENER.

Oculi nudi, in fronte utriusque sexus distantes.

Antennae flexæ, elongatæ, arista plumosula.

Os setis inferne marginatum, sub mistacinas ordi-narias.

Alarum vena ultima postica margini producta.

Calyptrorum squamæ inferæ a superis omnino tectæ.

Tibiae intermediæ retro et extra setigeræ.

Genitalia maris non distincte incrassata nec lobata.

Spec. ITALICAE.

a. *Palpi* nigri.

Sp. 1. FUNGORUM *Desv.*

aa. *Palpi* testacei.

Sp. 2. BOLETORUM *Rndn.*

Diagn. et Synonim.

Sp. 1. M. FUNGORUM *Desv. Fall. Mgn Zett. Rndn. Schin.*

♂ *Caput* albo-micans, vitta frontale nigricante, antice rufo maculata.

Palpi breves nigri; — *Antennae* nigræ basi rufo-testaceæ.

Thorax grisescens cum scutello, istius limbo late, et illius humeris distincte rufis.

Abdomen rufo-testaceum, aliquando irregulariter fusco-notatum.

Calyptra albida — *Halteres* pallide lutei.

Alae sub-limpidæ; spinula costale sub-nulla: vena transversa exteriore sinuosa; intermedia apici opposita secundæ longitudinalis: quarta et quinta extrinsecus paulo divergentibus.

Pedes flavo-testacei, tarsis nigris.

♀ Præter notas sexuales, similis mari, tamen spinula costale validiuscula ad alas; scutello latius rufe-

scente; et abdominis segmentis sæpe linea nigricante postica marginatis distincta.

Frequenter legitur in tota Italia, sed magis frequens in centrale et media, fere in toto anno entomologico.

Sp. 2. M. BOLETORUM *Rndn.*

♀ A fæm: præcedentis statim distinguenda, colore rufo palporum, non nigro, sed aliis notis etiam diversa, ut in diagnosi sequente.

Statura distincte minor.

Antennae fere totæ fusco-rufescentes, basi pallidiore, apice fusciore.

Thorax non solum humeris, sed etiam leteribus postice rufis, et *scutello* fere toto rufo vix basi anguste fusco.

Abdomen rufescens, vitta dorsuale nigra, maculis sejunctis instructa, el segmentis ad unumquodque latus macula nigricante ad marginem posticum notatis.

Alae leviter fusco-flavescentes; spinula costale subindistincta: vena transversa exteriore sub-recta.

Pedes, ed alii characteres circiter ut in M. *fungorum*.

Semel fæminam legi in luco collino ditionis parmensis.

G. XXIX. SYLLEGOPTERA *Rndn. Schin.*
Anthomyia *Mgn.* 5.
Hylemyia *Macq.*

CHAR. GEN.

Oculi nudi, in fronte utriusque sexus remoti.
Antennae breves, arista plumata.
Calyptrorum squamæ inferæ superis satis longiores.
Alae abdomine distincte breviores; costa ciliata; venis transversis valde approximatis: longitudinale ultima postice ad marginem producta.
Abdomen angustum, segmentis elongatis, totis etiam in disco setis hirtis: genitalibus maris parum incrassatis.
Tibiae intermediæ retro et extra setigeræ

Species typica in Italia nondum capta.

Sp. 1. S. OCYPTERATA *Mgn. Macq. Rndn. Schin.*

♂ Caput albo-nitens, vitta frontale fusco-grisea.
Antennae ferrugineæ articulo tertio apici fusco.
Palpi rufescentes, filiformes, setulosi. — *scutellum* griseum.
Thorax dorso griseo, lineis quatuor nigricantibus.
Abdomen cylindraceum, sub-ferrugineum, vitta dorsuali obscura, late interrupta: incisuris pallidis.
Calyptra pallide lutescentia — *Halteres* dilute flavidi.

Alae dilutissime fuscæ: spinula costale valida: vena transversa exteriore recta, longiore distantia ab intermedia: longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus paulo divergentibus.

Pedes femoribus nigricantibus, apice, e tibiis totis rufo-testaceis; tarsis nigris.

Marem tantum possideo dono Cl. De Roser, olim acceptum, in Germania captum.

G. XXX. HOPLOGASTER *Rndn.*

Cænosia *Mgn. Macq. Schin.*

Anthomyia W*lk.* — **Anthomyza** *Zett.*

Musca *Fall.*

CHAR. GEN.

Oculi nudi, in fronte utriusque sexus distantes, intus non convexi — *Frons* non prominens.

Antennae longiusculae, arista breviter sed distincte, saltem in ♂, usque ad apicem pubescente, articulo penultimo non longiusculo, nec cum ultimo sob-cubitato.

Alae spinula costale indistincta; vena secunda longitudinale non elongata usque contra transversam intermediam: septima seu ultima postica satis abbreviata.

Calyptrorum squamae inferae limbo postico non, aut non manifeste detecto, scilicet superis subæquales.
Genitalia maris stilo apicale longo subtus flexo, et laminis seu lobis magnis duobus ventralibus instructa.
Tibiae saltem anticæ et posticæ, apici uni vel bicalcaratæ tantum.

Sp. ITALICÆ.

a. *Abdomen* saltem late nisi fere totum flavescens.
Pedes pàllide flavi, tarsis obscurioribus vel nigris.
b. *Abdominis* segmenta linea nigricante postice haud marginata.

Sp. 1. MOLLICULA *Fall.*

bb. Abdominis segmenta postice linea nigricante marginata.

Sp. 2. CINCTICULA *Rndn.*

aa. *Abdomen* totum fuscum, grisescens.
Pedes toti nigricantes.

Sp. 3. OBSCURICULA *Rndn.*

Diagn. et Synon.

Sp. 1. H. MOLLICULA *Fall. Zett. Wlk. Rndn. Schin.*
NEMORALIS *Mgn. Macq.*

♂ Caput albicans, vitta frontale nigricante — *Palpi* pallide flavi.

Antennae articulo ultimo albido, basalibus nigris, secundo in parte apicale supera punctum albicantem ferente.

Thorax cinerascens, pleuris canis, dorso lineolis obscuris signatus.

Calyptra albida — *Halteres* pallide lutescentes.

Abdomen flavescens postice sæpe irregulariter infuscatum, et in segmento tertio puncto utrinque nigricante.

Alae sub-limpidæ, basi limpidiore; vena transversa exteriore recta, intermedia paulo extra apicem sita secundæ longitudinalis: quarta et quinta parum ad apicem divergentibus.

Pedes pallide flavi, tarsis minus pallidis: pulvillis albis mediocribus. — *Appendices* anales flavo-rufescentes.

♀ A mare difert, antennarum articulo ultimo sordide albo et apice fusco — *Abdominis* apice acutiusculo, inerme, et punctis nigricantibus segmenti tertii nullis — Alarum venis quarta et quinta ad apicem parallelis — Tarsisque nigris non flavo-luteis, cum pulvillis parvis.

Non rara in tota Italia etiam insulari.

Sp. 2. H. CINCTICULA *Rndn.*

♀ Similis omnino fæminæ præcedentis, et distincta tantum abdominis segmentis postice linea nigricante manifeste marginatis, et simul *antennis* articulo ultimo nigricante vix ad radicem pallidiore:

Fæminas duas tantun inveni, unam in Alpibus pedemontanis, alteram in Apennino parmense.

Sp. 3. H. OBSCURICULA *Rndn.*

♂ Genericis notis *calyptrorum* squamis parvis sub-æqualibus, et genitalium maris stylos longos apicales flexos et laminas magnas ventrales præbentium, speciebus H*oplogastri* adscribenda, sed colore corporis et pedum ab alteris distinctissima.

Corpus totum fuscum grisei-cinerascentis adspersum.

A*ntennae* ut *palpi* totæ nigricantes, arista minus distincte pilosula sed pubescens tantum.

Pedes toti nigricantes extra paulo cinerascentes.

Appendices anales nigro-nitidæ.

Alae ut in congeneribus venosæ — H*alteres* ut in iisdem flavescentes; *calyptris* tamen paulo sed dilute sub-luteis.

Mas tantum lectus in montuosis agri parmensis.

G. XXXI. ATHERIGONA *Rndn. Schin.*
Cœnosia *Mgn. Macq.*
Musca *Rossi.*

CHAR. GEN.

Oculi nudi, in fronte utriusque sexus distantes.
Antennae elongatæ arista nuda, articulo penultimo longiusculo, et cum tertio, præsertim in mare geniculato.
Calyptrorum squamæ inferæ late detectæ ad apicem.
Alarum vena transversa intermedia apici opposita primæ, non secundæ longitudinalis: septima, scilicet ultima postica, margini non producta, sed non brevissima.
Genitalia maris incrassata sed laminis validis non armata.
Tibiae anticæ et intermediae, setis destitutæ, præter apicales.

Spec. ITALICÆ:

a. *Antennae* basi late rufo-lutescentes, ut *tibiae* posticæ.
Sp. 1. QUADRIPUNCTATA *Rossi.*

aa. *Antennae* totæ nigricantes — Tibiæ posticæ fere totæ nigræ.
Sp. 2. SOCCATA *Rndn.*

Diag, et Synon.

Sp. 1. H. QUADRIPUNCTATA *Rossi Rndn.* — (non *Fab.*) (*)
VARIA *Mgn. Macq. Rndn. Schin.*
v. *Rossi Mant. Insect.* 2. p. 71.

Antennae basi late testaceo-flavidæ, articulo tertio, basi excepta, nigricante; arista nigra — *Frons* in medio rufescens — *Palpi* lutei.

Thorax grisescens, humeris et limbo scutelli fulvescentibus.

Calyptra albida limbo lutescente — *Halteres* pallidi capitulo albido.

Abdomen maris luteo-flavidum, maculis quatuor dorsualibus nigris, duabus anterioribus majusculis, posterioribus parvis: fæminæ colore satis variabile, nunc luteum, nunc fuscum late aut anguste, et partim etiam nigricans; segmento primo macula unica dorsuali, sequentibus maculis duabus lateralibus et vitta interposita fuscis vel nigricantibus.

Alae sub-limpidæ, vena transversa exteriore, magis distante ab intermedia quam ab apice sextæ longitudinalis.

Pedes flavo-testacei tarsis quatuor posterioribus fuscis, anticis nigris cum tibiis propriis fere totis in

(*) Musca 4 *punctata* Fab. Generi *Sapromyzae* pertinet, in stirpe *Scyomyzinarum*.

utroque sexu, et in fæmina etiam cum femoribus magis vel minus late.

Frequenter legitur in Italia tota etiam insulari, usque ad Melitam, ubi lecta a D. Schembri.

Sp. 2. H. SOCCATA *Rndn.*

♀ Similis fæm *quatuorpunctatae* Rossi, scilicet *variae* Mgn, a qua tamen satis distincta et faciliter dignoscenda, præsertim, *tibiis* posticis non flavo-luteis sed fere totis nigris, et

Antennis totis etiam basi nigris: præterea:

Vitta frontalis in medio non rufescens sed tota nigricans.

Abdominis griseo-fusci basis tantum anguste lutescens: maculæ dorsuales magis amplæ et nigriores, quatuor intermediis subquadratis, et duabus in segmento ultimo distinctissimis atris.

Alarum venæ quintæ longitudinalis segmentum penultimum longitudine parum diversum a præcedente, non satis longius: cætera circiter ut in Sp. Rossiana.

Fæmina tantum lecta in Etruria a D. Piccioli.

G. XXXII COENOSIA *Mgn. Latr. Macq. Rndn. Schin.*
Anthomyza. *p. Zett.* — **Anthomyia** *p.* W*lk.*
Limnophora *p. Macq.* — **Musca** *Fab. Fall.*
Genera *plura Desv.*

Oculi nudi, in fronte utriusque sexus distantes, intus non convexi sed marginibus rectis sub-parallelis.
A*rista* snb-nuda aut pubescens, non manifeste pilosula: articulo ultimo cum præcedente brevissimo non geniculato.
A*larum* vena transversa intermedia, nisi paulo extra, contra apicem sita secundæ longitudinalis, non primæ: septima, scilicet ultima postica magis vel minus abbreviata.
Calyptrorum squamæ inferæ superis distincte longiores.
Genitalia maris, etiamsi porrecta et subtus incrassata, tamen lobis validis non concomitata, nec stilo apicali longo instructa.
Tibiae saltem anticæ, ad apicem uni vel bi-spinulosæ tantum, non spinis 4-5 armatæ.

Spec. Ital.

a. *Femora* omnia, vel saltem quatuor posteriora tota vel fere tota luteo-flavida, vel testacea.
b. *Femora* etiam antica cum coxis fulvo-flavescentia.
c. A*larum* vena transversa exterior duplo circiter distans ab intermedia quam ab apice sextæ longitudinalis.

Sp. 1. infantula *Rndn.*

cc. *Alarum* vena transversa exterior circiter æquidistans ab intermedia et ab apice sextæ longitudinalis.

d. *Pedes* postici maris non villosi.

Utriusque sexus *vena transversa* exterior non manifeste magis distans ab intermedia quam ab apice longitudinalis sextæ.

e. *Tarsi* nisi toti, late ad basim lutescentes, non toti nigri.

Sp. 2. ELEGANTULA *Rndn.*

ee. *Tarsi* toti etiam basi nigri.

t. *Abdomen* basi plus minusve late lutescens.

Sp. 3. NIGRIDIGITA *Rndn.*

tt. *Abdomen* totum fusco-griseum,

Sp. 4. SEX-NOTATA *Mgn.*

dd. *Pedes* postici maris villosi.

Vena transversa exterior manifeste magis distans ab intermedia, quam ab apice sextæ longitudinalis.

Sp. 5. BARBIPES *Rndn.*

bb. *Femora* antica, cum coxis saltem partim, nigricantia.

f. *Alarum* vena transversa exterior magis distans ab intermedia quam ab apice sextæ longitudinalis, vel sub æque distans.

g. *Pedes* postici maris villosi — T*arsi* atri.

Sp. 6. VILLIPES *Rndn.*

gg. *Pedes* postici non neque in mare villosi — T*arsi* fusco-testacei.

Sp. 7. BRACHIALIS *n.*

ff. *Vena transversa* exterior magis proxima intermediæ quam apici sextæ longitudinalis.

h. *Venae longitudinales* quarta et quinta ad apicem manifeste divergentes — T*ibiæ* posteriores plus minusve fuscæ.

Sp. 8. GENICULATA *Fall.*

hh. *Venae longitudinales* quarta et quinta ad apicem non distincte divergentes — T*ibiae* omnes flavo-luteæ.

Sp. 9. GENUALIS *Rndn.*

aa. *Femora* omnia late, nisi tota nigricantia vel fusca.

i. T*ibiae* omnes, vel saltem quatuor posteriores flavo-testaceæ.

k. *Venae transversae* alarum fusco-limbatæ.

T*arsi* fusco-lutei, articulo ultimo distincte nigro.

Sp. 10. UNGULATA *Rndn.*

kk. *Venae transversae* alarum non fusco-limbatæ.

Tarsi nigricantes vel fusci, sed articulo ultimo non nigro,

Sp. 11. VERNA *Fab.*

ii. *Tibiae* omnes, nisi totæ, late nigricantes.
l. *Abdomen* maculis nigro-fuscis notatum.
m. *Vena transversa* exterior, plus minusve brevior distantia ab apice sextæ longitudinalis.
n. *Vena transversa* exterior magis distans ab intermedia quam ab apice sextæ longitudinalis.
Abdominis segmenta quatuor in dorso fusco-bimaculata.

Sp. 12. OCTOSIGNATA *Rndn.*

nn. *Vena transversa* exterior vel magis proxima intermediæ, vel ab ista sic distans ut ab apice sextæ longitudinalis.
Abdominis segmenta vel tria, vel duo tantum in dorso fusco-bimaculata.
o. *Abdominis* segmenta tria in dorso bimaculata, maculis vitta fusca nulla iuterposita.

Sp. 13. SEXPUSTULATA *Rndn.*

oo. *Abdominis* segmenta duo intermedia, maculis duabus obscuris lateralibus et vitta intermedia signata.

Sp. 14. OBSCURIPES *Rndn.*

m. *Vena transversa* exterior manifeste longior distantia ab apice sextæ longitudinalis.
Vitta frontalis in utroque sexu nigricans.

Sp. 15. NIGRIPES *Macq.*

o. *Vitta frontalis* in mare albida: in fæmina cana *V* nigro signata.

Sp. 16. TRIANGULA *Zett.*

. *Abdomen* non manifeste nigricante-maculatum.
. *Vena transversa* exterior sub-æque distans ab intermedia, et ab apice sextæ longitudinalis.
. *Corpus* nigricans opacum, non nitidum.

Sp. 17. NIGRA *Mgn.*

r. *Corpus* atrum nitidissimum superne.

Sp. 18. PALUSTRIS *Desv.*

rq. *Vena transversa* exterior manifeste magis proxima intermediæ quam apici longitudinalis sextæ.
s. *Corpus* nigricante-fuscum.
Tarsi omnes in utroque sexu toti nigricantes, et forma ordinaria.

Sp. 19. AGROMYZELLA *Rndn.*

ss. *Corpus* cinerei adspersum.
Tarsi antici maris, articulis penultimis pallidis ultimo nigro latiusculo.

Sp. 20. PATELLIGERA *Rndn.*

Diagn. et Synon.

Sp. 1. C. INFANTULA *Rndn.* mill. 2. *Long*

Antennæ nigræ, albidi paulo nitentes, articulo ultimo exile elongato.
Palpi basi sub-flavidi apice fusco (parum observandi).
Frons vitta nigricante, orbitis ut facies albidis, vertice griseo.
Thorax cum scutello griseo-cinerascens.
Abdomen ad basim flavo-testaceum, sub-translucidum postice magis vel minus fuscum, fuscedine in dorso segmenti secundi non producta: genitalibus maris crassiusculis luteis, non lobatis.
Calyptra alba — *Halteres* pallide lutescentes.
Alae sub-limpidæ, vena transversa exteriore recta magis proxima intermediæ, quam apici sextæ longitudinalis.
Pedes cum coxis pallide flavescentes, tarsis ad apicem fuscis.
Non rara in Italia centrale et media.

Sp. 2. C. ELENGANTULA *Rndn.* *Long.* fere mill. 4.

Similis mari præcedenti, cum quo faciliter confundendus nisi attente observando notas quibus distinctus apparet, scilicet.

Statura semper paulo major.

Palpi toti etiam apici pallidissimi.

Abdominis nigredo posterior vittam dorsualem in segmento secundo efformans: dorsum sæpe fusco-maculatum.

Vena transversa exterior minus proxima interiori, et fere ab eadem æquidistans et ab apice sextæ longitudinalis, etc.

♀ Similis mari, exceptis notis sexualibus.

Non infrequens tempore æstivo et antumnale in tota Italia etiam insulare.

Nota. Non confundatur cum Anth: *tricolore* Zett. = *bicolore* Stæg, cujus squamæ calyptrorum subæquales, non ut in nostra inferis satis longioribus etc.

Habitu quoque similis *Hoplogastro mollicula* Fall. sed statim distinguenda non solum squamis inferis calyptrorum longioribus, sed genitalibus maris, non stilo longo, nec lobis magnis concomitatis etc.

Sp. 3. C. NIGRIDIGITA *Rndn.*

Similis fere in omnibus *elegantulæ* præcedenti, sed statim dignoscitur palpis extrinsecus manifeste

nigricantibus, et tarsis omnibus et totis nigerrimis.

Abdomen maris tessellis elongatis nigricantibus notatnm sepe videtur, et fæminæ incisuras segmentorum nigro-lineatas præbet.

Non frequenter legitur in Italia centrale.

Sp. 4. C. SEXNOTATA *Mgn. Macq. Zett. Schin. Rndn.*

Grisescens, *capite* canescente: *Antennis, palpis* et *vitta* frontale nigricantibus: arista puberula.

Thorax dorso fusco-trilineato — *Calyptra* alba — *Halteres* pallidi.

Abdomen dorso maculis sex fuscis, raro quatuor, per paria in segmentis distributis; in fæmina obsoletis, vel sub-indistinctis.

Alæ sub-limpidæ, venis longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus sub-parallelis; transversa exteriore fere æquidistante ab intermedia et ab apice quintæ longitudinalis.

Pedes flavescentes, tarsis nigricantibus: femoribus anticis aliquando extrinsecus paulo fuscis, et coxis propriis raro ad basim sub-fuscescentibus.

Raro inventa in Italia superiore.

Sp. 5. C. BARBIPES *Rndn.* — *Long.* mill. 3.

Corpus cinerascens, *capite* albicante, vitta frontale nigra.
Antennæ ut *palpi* nigræ, arista puberula.
Abdomen basi luteum, dorso tessellis fuscis, parum apparentibus notato; genitalibus crassiusculis fulvescentibus.
Calyptra alba — *Halteres* pallide lutei.
Alæ sub limpidæ, costa paulo ciliata: vena transversa exteriore manifeste magis distante ab intermedia, quam ab apice sextæ longitudinalis.
Pedes toti luteo-testacei, tarsis fuscioribus: femoribus posticis subtus tibiisque propriis antice villosis; tibiis anticis intus breviter pilosulis; tarsis omnibus inferne sub-pectinatis.
Marem unicum legi in colle agri Parmensis.

Sp. 6. C. VILLIPES *Rndn.*

♂ Similis habitu, statura, villositate pedum etc. mari præcedentis, a quo tamen distinctissimus, præsertim notis sequentibus.
Abdomine toto fusco-grisei adsperso, non basi lutea, et genitalibus etiam griseis non fulvescentibus, dorso quoque maculis nigricantibus distinctioribus.
Pedibus non omnibus nec totis luteo-testaceis, sed anticorum coxis et femoribus fuscis, et omnium

tarsis totis nigris, istis inferne distincte pectinatis.

Cætera circiter ut in *barbipede.*

♀ Similis mari, exceptis, villositate pedum et aliis notis sexualibus: tamen abdominis maculis obscuris magis perspicuis.

Raro lecta primo vere in collibus Italiæ centralis.

Sp. 7. C. BRACHIALIS *n.*

♂ *Frons* et *Thorax* cum scutello fusca, cinerei adspersa, facie albida: fronte antice macula fusciore retro bifida, et limbo extremo prope antennas paulo lutescente.

Palpi flavescentes – *Antennæ* nigro-fuscæ basi luteo-rufa: *arista* pubescens.

Abdomen ad basim flavo-luteum, sub-translucidum, postice fuscum, seu late fusco-maculatum, ano luteo.

Calyptra albicantia — *Halteres* pallidissime lutescentes.

Alae sub-limpidæ, costa sub-nuda, spinula indistincta: vena transversa exteriore paulo magis distante ab intermedia quam ab apice sextæ longitudinalis: quarta et quinta parallelis.

Pedes pallide testacei, tarsis apice paulo obscuriore; femoribus et coxis anticis obscure fuscis.

Semel marem legi in Italia centrale.

Sp. 8. C. GENICULATA Fall. *Mgn. Macq. Zett. Schin. Rndn.*

'usca, sub-cinerascens, capite albido — *Palpi* nigri, parvi.
Antennae nigræ — *Thorax* dorso dilute fusco-bilineato.
Abdomen maculis sex obscuris dilutissimis.
Calyptra alba parva, sed squama infera longiore.
Alae venis transversis satis proximis, exteriore circiter duplo distante ab apice sextæ longitudinalis, quam a transversâ intermedia: quarta et quinta extrinsecus manifeste divergentibus.
Pedes nigricantes. femoribus posterioribus basi et tibiis anterioribus luteis.
Mares aliquos inveni in Italia centrale.

Sp. 9. C. GENUALIS *Rndn.* *Long.* mill. fere 2.

Major præcedente, cui partim similis, sed distincta notis pedum et alarum; scilicet.
Venis longitudinalibus quarta et quinta, vix, non distincte ad apicem divergentibus; et vena transversa exteriore paulo magis distante ab intermedia, scilicet distantia ab eadem non duplo minore distantia ab apice sextæ longitudinalis.
Pedibus latius et magis distincte flavo luteis: femoribus posticis apice tantum anguste infuscato, nisi nigricante, et tibiis omnibus flavicantibus, non posterioribus fuscis.

Fæm. femora postica sæpe annulum fuscum apicalem non præbent, macula tantum dilute fuscescente notata.

Cætera circiter ut in *geniculata* Fall.

Non frequens in Italia superiore et media.

Sp. 10. C. UNGULATA *Rndn.* — *Long.* mill. 3.

♂ *Antennae* nigræ, articulis primis rufis: arista pubescens.

Palpi pallidi — *Frons* fusca, orbitis et genis albicantibus.

Thorax cum scutello griseus.

Calyptra alba — *Halteres* pallide lutei.

Abdomen basi paulo luteum, sub-translucidum, postice nigricans grisei adspersum; dorso dilute fusco-maculato et linea basali supera nigricante: segmentis postice paulo albicante-limbatis: genitalibus mediocriter incrassatis.

Alae sub-limpidæ, venis transversis fusco-limbatis; exteriore vix magis distante ab intermedia, quam ab apice sextæ longitudinalis: intermedia paulo extra, non contra apicem sita longitudinalis secundæ: quarta et quinta etiam apici parallelis.

Pedes femoribus nigricantibus grisei adspersis, tibiis et articulis quatuor primis tarsorum luteo-flavidis, articulo ultimo manifeste nigro.

♀ Similis mari, notis tantum sexualibus exceptis.

Raro legitur in Italia centrale et media.

Sp. 11. C. VERNA *Fab. Fall. Mgn. Macq. Zett. Schin. Rndn.*

Fusca, cinerascens, capite albicante, fronte cinerea vitta didyma nigricante — *Palpi* pallidi.

Antennae basi rufæ articulo ultimo nigricante: arista puberula.

Thorax cum scutello, fusco-sub-lineatus.

Calyptra alba — *Halteres* pallidissime lutei.

Abdominis dorsum fusco sex maculatum, maculis lineola interposita: segmenta incisuris tenuiter albidis.

Alae sub-limpidæ, vena transversa exteriore paulo magis distante ab intermedia, quam ab apice sextæ longitudinalis: quarta et quinta extrinsecus sub-parallelis: costa sub-nuda - spinula satis parva.

Pedes femoribus et coxis nigricantibus, geniculis et tibiis flavotestaceis, tarsis fuscis, aliquando posterioribus magis obscuris.

Nondum in Italia capta, sed facilius in posterum invenienda.

Specimen coll. nostræ germanicum.

Sp. 12. C. OCTOSIGNATA *Rndn.* - *Long.* mill. fere 4.

♀ Grisei tectus, *antennis, palpis,* et *vitta* frontale nigris; *facie* et orbitis albicantibus: arista vix puberula.

Thorax dorso lineis tribus fuscis sub-contiguis, scutello griseo.

Calyptra alba — *Halteres* pallide lutei.

Abdomen in dorso octo–maculatum, maculis nigricantibus sub–trigonis per paria dispositis in singulo segmento, et in medio approximatis.

Alæ sub-limpidæ, vena transversa exteriore paulo magis distante ab intermedia quam ab apice sextæ longitudinalis: quarta et quinta extrinsecus sub-parallelis: transversa intermedia apici opposita secundæ longitudinalis: costa sub–nuda; spinula indistincta.

Pedes nigricantes, longi, geniculis tantum anguste luteis.

Mares aliquos tantum inveni in collibus ditionis parmensis.

Sp. 13. C. SEXPUSTULATA *Rndn. Long* mill. fere 3.

Similis habitu et colore Sp. præcedenti. sed distincte minor et notis variis distincta, et præcipue.

Maculis dorsualibus abdominis sex tantum, quia in segmento basali non observandis, fuscis non nigricantibus, et non sub-trigonis.

Alarum vena transversa exteriore non magis distante ab intermedia quam ab apice sextæ longitudinalis, sed ab illa et ab ista æquidistante.

Cætera circiter ut in *octo-signata*.

Raro lectus uterque sexus in Italia centrale.

Sp. 14. C. OBSCURIPES *Rndn.*

Nigricans, paulo grisea, antennis, palpis, et vitta frontale nigricantibus: *Genæ* et *orbitæ* albicantes: arista puberula.

Alæ vena transversa exteriore fere æquidistante ab intermedia et ab apice sextæ longitudinalis.

Abdomen dorso nigricante-maculato, maculis quatuor distantibus, non angulosis, et in fæmina vitta etiam obscura interposita.

Pedes nigri — Cætera ut in duabus præcedentibus.

A *nigripede* Mcq. et *triangula* Zett. distinguenda, distantia venæ transversæ exterioris ab apice venæ sextæ: a prima vero etiam difert vena costale in medio non crassiuscula; a secunda maculis abdominis a vitta obscura interposita sejunctis.

Marem speciei esse credo exemplar notis alarum similis fæminæ, et etiam maculis abdominis quamvis latioribus tamen distantibus et vitta obscura interposita, sed difert specimen observatum geniculis paulo luteis.

Raro lecta in planitie parmense.

Sp. 15. C. NIGRIPES *Macq. Mgn. Rndn.*

♀ Similis fæm: præcedentis, sed distincta, vena costale in medio paulo incrassata: longitudinalibus quarta et quinta ad apicem paulo approximatis; et præcipue vena transversa exteriore magis

distante ab intermedia quam ab apice sextæ longitudinalis.

Mares speciei esse cogito specimina minora, in omnibus similia fæminis, et distincta tantum maculis abdominis quatuor, latis, transversis, et vitta nulla interposita.

Mares isti similes maribus *triangulæ* Zett, sed distincti, frontis vitta nigricante non sub-albida, et maculis abdominis non triangulum elongatum constituentibus, sed transversim dilatatis postice: alis quoque paulo versus apicem sub-fuscescentibus.

Raro in Italia centrale inventa.

Sp. 16. C. TRIANGULA F*all. Mgn. Macq. Zett. Rndn.*

♂ Difert a mare præcedentis, fronte albida; et maculis abdominis triangulum elongatum constituentibus; et statura majore, etc.

♀ Difert a mare proprio maculis abdominis fuscis non triangularibus, sed minoribus et transversis, et fronte grisea *V.* nigricante signata.

A fæmina *nigripedis* etiam distincta maculis fuscis majoribus, minus distantibus, et vitta nulla interposita; præter characteres frontis in *nigripede* nigricantis, orbitis tantum canis, et statura in *triangula* majore, et costa *alarum* non crassiuscula.

In utroque sexu *vittæ obscuræ* dorsuales thoracis sæpe non observandæ: P*edes* nigricantes etiam ad

geniculos, sed aliæ notæ ut in duabus præcedentibus, *antennarum palporum halterum, calyptrorum* etc; tamen ab *obscuripede* distincta, etiam vena transversa exteriore magis proxima intermediæ, quam apici sextæ longitudinalis etc.
Non frequens in Italia centrale.

Sp. 17. C. NIGRA *Mgn. Rndn.*

A præcedentibus proximis distincta, abdomine haud fusco-maculato, sed nigricante unicolore.
Corpus niger vix lateribus grisescentibus, *capite* paulo cano.
Antennæ breviusculae, arista tomentosa, nigræ ut *palpi.*
Calyptra alba – *Halteres* pallidi, capituli puncto fusco.
Abdominis nigri dorso paulo nitente — *Thorax* cum scutello niger, opacus.
Alæ dilutissime sub-fuscæ; vena transversa exteriore circiter æquidistante ab intermedia et ab apice sextæ longitudinalis: quarta et quinta extrinsecus parallelis.
Pedes toti etiam ad geniculos nigricantes.
Rara in planitie Italiæ centralis.

Sp. 18. C. PALUSTRIS *Desv. Macq. Mgn. Rndn.*

Nigro-nitens, parva; *capite* albicante, vitta frontale fusco-grisea.

Antennae breves, nigræ ut *palpi*; arista puberula.

Thorax cum scutello, et *abdomen* dorso atra nitidissima, vix lateribus paulo cinerascentibus.

Calyptra alba. — *Halteres* albicantes.

Alae sub-limpidæ: vena transversa exteriore fere æquidistante ab intermedia et ab apice sextæ longitudinalis: quarta et quinta extrinsecus subparallelis.

Pedes nigri nitidi, geniculis et tibiarum basi anguste lutescentibus.

A præcedente faciliter distinguenda, thoracis et scutelli ut abdominis et pedum nigredine nitidissima; statura paulo minore, et geniculis cum basi tibiarum lutescentibus.

Non infrequens in Italia superiore et media.

Sp. 19. C. AGROMYZELLA *Rndn.* Long. mill. 2.

Nigra, opaca, capite canescente. — *Palpi* nigricantes, ut Antennæ, elongatæ, articulo ultimo lineare, quadruplo circiter longiore præcedentibus conjunctim: arista puberula.

Thorax cum scutello, ut *Abdomen* niger unicolor.

Calyptra albida — *Halteres* pallide lutei.

Alæ dilutissime sub-fuscescentes, vena transversa exteriore satis proxima intermediæ, et distante ab

apice sextæ longitudinalis: quarta et quinta manifeste extrinsecus divergentibus.

Pedes nigri, vix aliquando geniculis summis lutescentibus.

Ab *agromyzina* Zett. distincta, præcipue, *squamis inferis* calyptrorum longioribus manifeste, non superis sub-æqualibus.

Arista pubescente non nuda; et tibiis nigris non fusco-rufescentibus: etc.

Non raro legitur in planitie Italiæ superiorts et mediæ.

Sp. 20. C. PATELLIGERA *Rndn.* Long. mill. 3.

Fusca, grisescente-sub-cana, capite albo nitente.

Palpi ut *Antennae* nigri; istæ elongatæ, articulo ultimo lineare, qnadruplo circiter longiore præcedentibus conjunctim; arista pubescente.

Thorax cum scutello, ut abdomen grisescens, lateribus canescentibus, unicolor — *Calyptra* alba — *Halteres* pallide lutei.

Alae sub-limpidæ; vena transversa exteriore magis proxima intermediæ, quam apici sextæ longitudinalis; quarta et quinta extrinsecus parallelis.

Pedes longi, nigrincantes, grisei adspersi, conjunctionibus femorum cum coxis et cum tibiis lutescentibus: tarsorum anticorum articulis sub-apicalibus pallidis, ultimo latiusculo, atro.

Raro lecti mares tantum in Italia centrale.

G. XXXIII. CARICEA *Desv. Rndn.*

Cænosia *Desv. p. — Macq. — Rndn.*
Anthomyza *Zett. p.* — **Anthomyia** *Wlk.*
Musca *Fab: Fall. Rossi.*

Oculi in fronte utriusque sexus distantes, nudi.
Arista pilis longiusculis, vel mediocribus vestita.
Os seta aliqua supra duas vibrissas majores.
Alarum vena transversa intermedia paulo extra apicem sita secundæ longitudinalis.
Calyptrorum squamæ inferæ superis distincte longiores.
Genitalia maris etiamsi incrassata, lobis magnis ventralibus non concomitata.
Tibiae omnes apice spinis 4-5 distinctioribus armatæ.

Sp. Italicæ.

a. *Femora* omnia, tota usque ad apicem nigricantia.
b. Distantia *venae transversae* exterioris ab intermedia fere æqualis distantiæ ab apice sextæ longitudinalis.

Sp 1. humilis *Mgn.*

bb. Distantia *venae transversae* exterioris ab intermedia circiter dupla distantiæ ab apice sextæ longitudinalis.

Sp. 2. nana *Zett.*

a. *Femora* præsertim posteriora apici magis vel minus late rufescentia.
:. *Alae* spinula costale sub–indistincta.
l. *Tibiae anticae* totæ rufescentes, nec annulo fusco nec macula notatæ.

Sp. 3. TIGRINA *Fab.*

ld. *Tibiae* anticæ macula vel annulo fusco notatæ.
э. *Alarum* vena transversa exterior satis manifeste extra apicem sita secundæ longitudinalis.

Sp. 4. LEONINA *n.*

ee. Alarum vena transversa exterior circiter contra apicem posita secundæ longitudinalis.

Sp. 5. FELINA *Rndn.*

cc. *Alae* spinula costale validiuscula.
f. *Antennae* totæ etiam basi nigricantes.

Sp. 6. PARDALINA *Rndn.*

ff. *Antennae* basi late rufescentes.

Sp. 7. PANTHERINA *Rndn.*

Diagn. et Synon.

Sp. 1. C. HUMILIS *Mgn. Zett. Rndn. Schin.*

Fusca, sub-cinerea, *capite* albicante, *Antennis, palpis* vittaque frontale nigricantibus: arista basi plumosula.
Abdominis segmenta tria ultima superne fusco bimaculata, et non raro etiam basale: maculis sæpe lineola fusca interposita.
Alae sub-limpidæ basi pallidiores, spinula costale indistincta: vena transversa exteriore parum magis distante ab intermedia quam ab apice sextæ longitudinalis.
Pedes nigricantes tibiis rufescentibus, femoribus ad apicem usque nigro fuscis, puncto tantum geniculari luteo.
In tota Italia frequenter legitur.

Sp. 2. C. NANA *Zett.*

Similis præcedenti a qua tamen distincta, præsertim.
Arista brevius manifeste pilosula; et alarum *venae transversae* exterioris distantia ab intermedia circiter dupla distantiæ ab apice venæ sextæ longitudinalis, non ut in *humile* sub-æquale.
Cæteri characteres fere omnino ut in præcedente.
Rarissimo lecta in Italiæ centralis collibus.

Sp. 3. C. TIGRINA *Fabr. Mgn. Macq. Fall. Zett. Rndn. Wlk. Schin.*
MEDITATA *prt. Fall.*
COMMUNIS ET VULGARIS *Desv.*

Fusca, cinerascens, capite albido, vitta frontale nigricante, postice triangulo griseo: — *Palpi* nigri, ut *Antennae,* istarum arista ad basim plumosula.
Thorax scutello concolor, lineis fuscis sub-nullis.
Abdomen segmentis duobus intermediis in dorso nigricante bimaculatis, aliquando etiam inter maculas fusce vittatis: lateribus quoque fusco-notatis.
Calyptra alba sub-ciliata — *Halteres* pallidi.
Alae sub-limpidæ, spinula costale indistincta, vena transversa exteriore recta, duplo aut ultra distante ab intermedia, magis quam ab apice sextæ longitudinalis: quarta et quinta extrinsecus levissime divergentibus.
Pedes nigricantes, femoribus ima radice, et apici modice late rufescentibus, præsertim in posterioribus; tibiisque omnibus et totis rufis.
Non frequenter cum sequente legitur, in Italia superiore et media.

Sp. 4. C. LEONINA *Mihi.*

Similis omnino præcedenti, a qua tamen distincta videtur, statura majore, et præcipue annulo vel macula obscure fusca in tibiarum anticarum me-

dietate inferiore, de qua nota in diagnosibus *ti-grinae* auctorum omnium non loquitur, dum constans in individuis plurimis speciei nostræ observatur.

Vulgaris in tota Italia.

Sp. 5. C. FELINA *Rndn.* Long. mill. 2 - 2 1/2.

Duabus præcedentibus proxima, sed distincta ab utraque.

Venula transversa intermedia non manifeste posita extra, sed circiter contra, apicem secundæ longitudinalis; et maculis obscuris obdominis etiam in primo segmento observandis, nisi etiam paulo notatis etiam in quarto; inde sex vel octo, non quatuor tantum in medio dorsi.

A *tigrina* vero difert etiam annulo nigricante tibiarum anticarum, qua nota similis *Leoninae*: sed istius nostra *felina* satis minor, quæ etiam inferior est illa *tigrinae*.

Raro lecta in Italia media.

Sp. 6. C. PARDALINA *Rndn.*

Corpus, fuscum, griseo-canum, *capite* albidiore, *fronte* in medio griseo-cana vittis duabus nigricantibus.

P*alpi* nigri, ut A*ntennae*, istarum arista pilis longiusculis vestita.

Thoracis dorsum vittis obscuris paulo observandis.

Abdominis segmenta duo intermedia dorso fusco-bimaculata — *Calyptra* alba — *Halteres* pallide lutescentes.

Alae sub-limpidæ, spinula costale validiuscula, distincta: venis transversis dilute paulo fusco-limbatis, exteriore aliquantulum sinuosa.

Pedes nigricantes; femorum, præsertim posteriorum apice et tibiis omnibus flavo-testaceis.

In Sardinia inventa. Collect. Bellardi.

Sp. 7. C. PANTHERINA *Rndn.*

Spinula costale valida similis præcedenti, sed ab illa et ab omnibus statim dignoscenda colore antennarum basi late rufescente; præterea ab illis vel istis congenerum difert.

Palpis saltem extrinsecus nigricantibus:

Arista prope basim plumosula.

Abdominis dorso, segmentis duobus intermediis nigricante bimaculatis, et punctis duobus etiam in segmento primò; maculis vitta fusca interposita: segmentis omnibus linea pallida postice marginatis.

Alis sub-limpidis, dilutissime fusco-lutescentibus, præsertim ad costam, et magis inter duas venas primas longitudinales; quarta et quinta extrinsecus sub-parallelis: secunda costalem attingente circiter contra, non manifeste ante, transversam

intermediam: distantia istius ab exteriore, paulo majore distantia ab apice longitudinalis sextæ.

Pedes nigricantes, femorum apice non late, tibiis tarsisque luteo-testaceis, istis vix paulo saturatioribus.

Fæmina tantum lecta in Etruria, a D. Piccioli.

(Nota) Similis et proxima C. *cilitato-costatae* Zett, præsentia spinulæ costalis, et colore antennarum basi rufescente, sed notis variis diversa, de quibus clar Auct. silet: scilicet.

Tarsis lutescentibus non nigris.

Abdominis segmentis postice linea pallida marginatis

Alis ad costam, et magis inter duas venas primas, paulo fusco-lutescentibus — *Venis* longitudinalibus quarta et quinta sub-parallelis, non apici leviter divergentibus: et etiam venula transversa intermedia non manifeste extra apicem sita secundæ longitudinalis; et cum transversa exteriore non infuscatis etc.

Similis quoque videtur *erythrocerae* Desv: nota Antennarum basi rufescentium, sed palpis nigricantibus non pallidis, et spinulæ validæ alarum præsentia præter alias notas supra inscriptas, faciliter distinguenda.

G. XXXIV. ORCHISIA *Mihi.*
Sapromyza *Mgn.*
Coenosia *Lw. Schin.*
Caricea *Rndn.*

Oculi nudi, in fronte utriusque sexus remoti.
Arista antennarum exiliter plumosula.
Os seta nulla instructum supra duas vibrissas majores.
Calyptrorum squamæ inferæ superis manifeste longiores.
Alæ spinula costale indistincta: vena ultima postica brevissima.
Genitalia maris lobis validis inferis concomitata.
Tibiæ, saltem anticæ et posticæ, ad apicem uni vel bi-calcaratæ tantum.

Sp. ITAL. UNICA.

Sp. 1. O. COSTATA *Mgn. Rndn.*
PICTIPENNIS *Lw. Schin. Rndn.*

Fusca, grisescens, genis canis angustis: vitta frontale fusca, antice magis vel minus lutescente.
Antennae pallide luteæ, articuli ultimi apice paulo fusciore, sed aliquando totæ pallidæ, ut *palpi*.
Abdomen saltem maris punctis *4*, vel *6* dorsualibus per paria, in segmentis duobus vel tribus posterioribus, in fæmina semper, in mare aliquando vix vel non distinguendis: lobis ventralibus maris inferne setigeris.

Calyptra albida — *Halteres* lutei, capitulo aliquando fusciore.

Alae costa nigricante, a vena prima ad apicem tertiæ, et inter istam et costalem: postice sub-fuscæ, limbo et, apice albicantibus: venis quarta et quinta extrinsecus sub-parallelis: vena transversa exteriore circiter æquidistante ab intermedia et ab apice sextæ longitudinalis: intermedia paulo extra apicem sita secundæ longitunalis — In vivo, *alae* vibratiles.

Pedes luteo-testacei, sæpius pallidi aliquando fuscescentes, saltem partim; tarsis etiam pallide luteis.

(Nota) In exemplare fæmineo prius a me observato, pedes obscuri, quare in diagnosi notam hanc individualem tamquam specificam indicavi.

Non frequens in Italia superiore et media.

G. XXXV. MACRORCHIS *Mihi.*

Coenosia *Mgn. Rndn. Schin.*
Anthomyza *Zett.* — **Musca** *Fall.*

Oculi nudi, in fronte utriusque sexus remoti.

Os seta aliqua instructum supra duas vibrissas majores.

Antennarum arista puberula.

Calyptrorum squamæ inferæ superis distincte longiores.

Alae spinula costale sub-nulla: vena ultima ultima postica distincte elongata, sed margini non producta.

Genitalia maris lobis ventralibus magnis concomitata.

Pedes tibiis omnibus ad apicem 4-5 calcaratis.

Sp. Ital. unica

Sp. 1. M. meditata *Fall. Mgn. Zett. Schin. Rndn.*

Fusca, cinerascens, *Antennis*, *palpis* et *vitta frontale* nigris, ista triangulo verticale cinereo, orbitis ut genæ albidis.

Thorax cum scutello griseo-cinerascens unicolor.

Calyptra alba, non ciliata — *Halteres* flavescentes.

Abdomen segmentis duobus intermediis superne nigricante-biguttatis.

Alae sub-limpidæ, venis longitudinalibus quarta et quinta extrinsecus sub-parallelis: transversæ exterioris distantia ab intermedia vix major distantia ab apice sextæ longitudinalis.

Pedes nigri, trochanteribus, femorum apice et tibiis omnibus totis flavo-testaceis, pulvillis albis, etiam in ♀ mediocribus.

Rara, in Italia alpina tantum huc usque lecta.

G. XXXVI. LISPA *Latr. Fall. Mgn. Macq. etc*
Musca *Desv. Rossi.*

Oculi nudi, in fronte utriusque sexus distantes.
Antennarum arista, pilis longiusculis vestita.
Palpi spathuliformes, vel cochleariformes, ultra epistomium porrecti.
Calyptrorum squamæ inferæ superis distincte longiores.
Alarum vena ultima postica elongata sed margini non producta.
Abdomen alis brevius; genitalibus in mare parvis, aut saltem lobis validis non instructis.
Tarsi pulvillis et uncis in utroque sexu parvis: etc.

Species observatæ.

a. *Tibiae* intermediæ seta unica posteriore, vel nulla instructæ, præter apicales.
b. *Tibiae* omnes totæ, vel fere totæ testacæ.
x. *Abdomen* dorso unicolore, non maculato.
c. *Palpi* parum dilatato-compressi, non distincte spathuliformes.
Tarsi toti rufescentes.

Sp. 1. SUTURATA *Rndn.*

cc. *Palpi* valde compressi, spathuliformes — *Tarsi* nigri, basi tantnm rufa.

Sp. 2. LONGIUSCULA *n.*

xx. A*bdomen* dorso nigricantis et albidi tessellato, aut nigricante-maculato.

d. T*horacis* dorsum fascia lata nigricante ad unumquodque latus.

e. A*bdominis* fasciæ obscuræ, in dorso segmenti terti sejunctæ, et postice paulo productæ in segmento quarto.

Sp. 3. NANA *Macq.*

ee. A*bdominis* fasciæ nigricantes in dorso segmenti tertii non sejunctæ, et postice non productæ in segmento quarto.

f. A*bdominis* fasciæ nigricantes segmentorum tertii et quarti, in ventre non continuatæ.

Sp. 4. MELITENSIS *Rndn.*

ff. A*bdominis* fasciæ nigricantes segmentorum tertii et quarti in ventre continuatæ.

Sp. 5. MERIDIONALIS *Rndn.*

dd. T*horax* fasciis nigricantibus lateralibus destitutus.

Sp. 6. CONSANGUINEA *Lw.*

bb. T*ibiae* omnes totæ vel fere totæ nigricantes.

g. *Vena quinta* longitudinalis apice non incurvato.

Sp. 7. TENTACULATA *D. G.*

gg. *Vena quinta* longitudinalis apice satis incurvato.

Sp. 8. LONGICOLLIS *Mgn.*

aa. T*ibiae* intermediæ setis saltem duabus, præter apicales, instructæ, una exteriore, una posteriore.

h. A*bdomen* atrum, maculis albis lateralibus.

Sp. 9. LEUCOSPILA *Rndn.*

hh. A*bdomen* fusco-griseum, nigricante tesssellatum, vel non.

i. T*ibiae* testaceæ.

Sp. 10. ULIGINOSA *Fall.*

ii. T*ibiae* nigræ.

k. P*alpi* fulvescentes.

Sp. 11. TORRENTIALIS *n.*

kk. P*alpi* nigri.

Sp. 12. LITTOREA *Fall.* (1)

---

(1) Pro Sp. *crassiuscula Schin a me non* observata v. in calce Sp.

Diag. et Synon.

Sp. 1. L. SUTURATA *Rndn.* — Long. mill. fere 3.

Similis et proxima *tenuipalpi* Stenh: a qua tamen distinguendam esse cogito notis sequentibus.

Frons nigricans, triangulo verticis et orbitis griseis, non vertice sordide aureo: peristomio sub-oculos albo, non cinerascente.

Thorax cum scutello, griseo-cinereus, non flavo-griseus.

Abdomen dorso griseo unicolore, suturis segmentorum pallidis, de qua nota in diagnosi *tenuipalpis* non loquitur.

Tarsi omnes fusco-flavescentes basi pullidiore, non intermediis tantum magis et fere totis flavidis.

Præterea statura satis minor, scilicet dimidia et ultra L. *tentaculatae*, non paulo tantum minore, etc.

Alteri characteres circiter ut in *tenuipalpe*, scilicet, corpus grisescens:

Palpi albo-lutescentes, ut *Halteres* — *Calyptra* albissima.

Alæ limpidæ — *Pedes* femoribus nigricantibus, apice et tibiis pallide testaceis — *Abdomen* grisescentia saturatiore non tessellatum.

Genitalia maris inferne appendiculis luteis istructa.

Fæminæ a maribus ægre distinguendæ, nisi genitalia observando.

In speciminibus nostris, *venae longitudinales* alarum extrinsecus parallelæ: transversa exterior recta, magis proxima apici longitudinalis sextæ, quam

transversæ intermediæ; ista non contra, sed paulo extra apicem secundæ longitudinalis sita.

Tibiae intermediæ setula parva unica retro præditæ: *pulvillis* albis etc.

Raro lecta in Italia etiam meridionale, usque ad Insulam Melitam, ubi inventa a D. Schembri.

Sp. 2. L. LONGIUSCULA *n.*

♂ Corpus sub angustum, facies et genæ sub-albidæ, præsertim inferne.

Antennae nigræ, articuli secundi margine apicali luteo.

Palpi albo-lutescentes modice dilatati — *Frons* fusco grisea.

Thorax cum scutello fuscus paulo grisei adspersus.

Calyptra albissima — *Halteres* pallidi.

Abdomen griseo-cinerascens, dorso latissime griseo-fusco-tessellato, nitente, et linea marginale postica segmentorum albicante: genitalibus elongatis, subtus flexis, griseis saltem basi.

Alae omnino ut in Sp. præcedente.

Pedes femoribus nigricantibus, quorum apice cum tibiis omnibus et totis rufo testaceo: tarsis nigris, pedum anticorum et intermediorum basi rufescente.

Marem semel legi in torrente Iria, prope Dertonam.

Sp. 3. L. NANA *Macq. Mgn. 7. Rndn.*

Facies pallide grisea, vix sub-flavescens — *Palpi* albi — *Antennae* nigræ.

Thorax dorso ad unumquodque latus, fascia nigricante latiuscula præditus — *Calyptra* alba.

Abdomen canum, apice et fascis transversis lateralibus nigro-fuscis in segmentis duobus intermediis: fasciæ segmenti secundi a limbo postico paulo remotæ: segmenti tertii ad latera paulo continuatæ in segmento quarto, et in medio dorsi sejunctæ.

Alae limpidæ; venula transversa intermedia contra, non extra apicem sita secundæ longitudinalis: exterioris distantia ab intermedia saltem dupla distantiæ, ab apice sextæ longitudinalis.

Pedes nigricantes, tibiis luteo-testaceis, anticis apici paulo fuscis, posticis in latere anteriore breviter sed manifeste pilosulis, saltem in mare: tarsis totis nigris.

Specimina coll. meæ a Cl. Macquartio obtinui, gallica; nondum in Italia inventa sed facilius invenienda.

Sp. 4. L. MELITENSIS *Rndn.*

♀ *Capitis, Thoracis, Antennarum, Palporum* et *Alarum* characteres ut in *nana* præcedente, sed pictura obdominis, et nuditate tibiarum, satis diversa:

Abdominis fasciæ nigricantes segmenti secundi ad limbum extremum posticum extensæ, ut illæ se-

gmenti tertii, et in uno et altero antice connexæ, sed nec in ventre nec in segmentis posterioribus productæ: pars extrema cum organis sexualibus maris nigra.

Pedes ut in præcedente tincti, sed tibiæ posticæ in *melitense* non neque breviter antice pilosulæ: tarsis omnibus et totis nigris, metatarsis anticis longioribus articulis ultimis conjunctim.

Palpi in specimine nostro, lati, magis flavescentes quam albi.

Unicam fæminam possideo in Insula Melita captam a D. Schembri.

Sp. 5. L. MERIDIONALIS *Rndn.*

♂ Similis *iterum nanae* Macq., et *melitensi* nostræ; sed magis istæ, cujus abdominis pictura fere omnino similis, præcedenti; tamen distincta videtur, fasciis nigris transversis late in ventre continuatis, non ad latera sistentibus: præterea.

Pedes postici femora pilis exilibus subtus parce, et tibias brevius antice pilosula præbent: et tarsorum, saltem anticorum, metatarsum breviorem articulis ultimis conjunctim.

Abdominis segmentum secundum in ventre ad basim distincte bituberculatum absérvatur.

Cæteri characteres circiter ut in *melitense*, cujus forte sexus alter, sed specifica identitas observationibus probanda.

Unicum exemplar masculum in Melita captum misit D. Schembri.

Sp. 6. L. CONSANGUINEA *Lw. Schin. Rndn.*
TRUQUII *Rndn.*

Similis habitu, pictura abdominis, tarsorum anticorum maris structura etc. similis *Tentaculatae* De G. a qua vero statim distinguenda tibiis saltem quatuor posterioribus testaceo-rufis, non nigris. — *Thorax* haud nigricante fasciatus

Praeterea tarsi maris in *consanguinea*, pedum anticorum, fere omnino rufescentes, non in articulis tantum intermediis.

Metatarsi antici maris duplo circiter breviores sequente articulo, punctum superum apicale et vittam interiorem nigram præbent, non ut in *tentaculata* fere toti nigricantes.

Fæminæ tarsi omnes nigricantes, etiam antici, qui formam ordinariam, et metatarsum longum possident.

Alarum venæ ut in *tentaculata*; quinta longitudinale non ad apicem incurva etc.

Sp. 7. L. TENTACULATA *De G. Fall. Mgn. Macq. Zett. etc.*
CANINA *Rossi* (exclus. *Syn. Fab.*)
FLUVIATILIS, et TARSALIS *Desv.*

‡ Caput flavo-griseum, vitta frontale didyma nigra — *Antennae* nigræ

Palpi in spathulam latam concavam efformati, fiavi, albomicantes — *Thorax* cum scutello fusco-

cinerascens, obsolete in dorso obscure lineatus — *Calyptra* lata alba.

Abdomen fuscum, utrinque maculis quatuor sub-trigonis, et macula sub-rotundata intermedia in dorso segmentorum secundi et tertio cano-albidis: segmento basale fere toto cano.

Alae sub-limpidæ, ut in præcedentibus venosæ.

Pedes nigri, tarsorum anticorum articulus primus satis brevior sequente, subtus breviter ciliato, et apici spina lutea armatus, sæpe articulo secundo innixa — articulo ultimo et basale semper nigricantibus, sed non raro etiam penultimo, et duobus intermediis rufescentibus: metatarsis etiam posticis subtus rigide et breviter ciliatis.

♀ Similis mari sed pedum anticorum tarsi forma ordinaria, metatarso longiore articulo sequente, et toti nigri.

Abdomine quoque difert maculis canis obsoletis.

Vulgaris in tota Italia.

Sp. 8. L. LONGICOLLIS *Mgn. Rndn.*

Nigricans facie albicante: fronte ad basim antennarum puncto cano notata — *Antennae* nigricantes.

Thorax longiusculus, dorso griseo, nigricante-vittato.

Calyptra alba — *Halteres* flavescentes.

Abdominis dorsum linea longitudinale intermedia, et maculis sub-trigonis lateralibus ad suturas segmentorum albicantibus.

Alae paulo turbidæ, vena quinta longitudinale apice incurvo,

Pedes nigricantes omnino, tarsis in utroque sexu simplicibus; femoribus paulo cinerascentibus.

Raro in Italia superiore lecta a Prof. Bellardi.

Sp. 9. L. LEUCOSPILA *Rndn.* — Long. mill. fere 4.

♂ Habitu, colore corporis atro nitido, et abdominis maculis sex lateralibus albis in primis tribus segmentis, similis videtur L. *melaleucae* Löewii, sed notis variis distincta, et præcipue;

Halteribus totis pallide luteis, non capitulo fusco.

Metatarso antico pilis longiusculis præsertim extra ciliato.

Articulo secundo tarsorum anticorum fulvescente ut metatarsus, sed vitta intermedia et basi nigricantibus.

Præterea *tarsi intermedii* basi lutescentes: *antici* articulis quatuor ultimis dilatatis, ultimo ovato, præcedentibus apici obtruncatis.

Tibiae omnes testaceæ sed intus puncto apicale fusco notatæ: intermediæ setis duabus distinctis, præter spinas apicales, una exteriore, una posteriore etc.

Palpi parum dilatati, albicantes. Antennæ nigræ, puncto rufescente ad conjunctionem articuli secundi cum tertio — *Abdomen* cilyndraceum.

Calyptra alba. *Alae* sub-limpidæ, ad costam paulo turbidæ: venis longitudinalibus quarta et quinta parallelis etc.

Mares aliquos tantum legi in planitie propepadana parmense, ad acquas palustres, tempore æstivo.

Sp. 10. L. ULIGINOSA *Fall. Mgn. Mcqrt. Zett. Lw. Schin. Rndn.*

♂ Nigricans, grisescens, *facie* albo-grisea; *fronte* fusca. *Palpi* distincte dilatati, rufo-ferruginei — *Antennae* atræ.

Thorax cum scutello fusco-griseus, nigricante-vittatus.

Abdomen dorso grisescente, singulo segmento ad latera nigricante maculato, maculis sub-trigonis, nitidis, aliquando in primo vel in ultimo segmento parum perspicuis — *Calyptra* albida — *Halteres* testacei.

Alae circiter ut in *tentaculata,* et affinibus.

Pedes nigricantes, tibiis ferrugineis: tarsis simplicibus.

♀ A mare distincta forma abdominis sub-ovati, non sub-cylindrici, et maculis nigricantibus non distinctis, vix fusco-sìgnatis.

Non inventa huc usque in Italia sed faciliter invenienda.

Specimina mea danica a Cl. Stæger missa.

Sp. 11. L. TORRENTIALIS *Mihi* — Long. mill. 6.

‡ Fusco-grisescens, *facie* albo sericea; *fronte* obscure fusca.

Antennae nigræ — *Palpi* modice dilatati, rufescentes.

Thorax cum scutello dorso griseo, non manifeste obscure lineatus.

Calyptra alba — *Halteres* capitulo fusco, stipite pallido.

Abdomen grisei adspersum, non maculatum, sed vitta nigricante intermedia a basi segmenti secundi oriente, maculis parvis sub-trigonis instructa, ultima in segmenti quarti basi satis parva.

Alae sub-limpidæ, ut in *tentaculata* et affinibus venosæ.

Pedes toti nigri, paulo grisei adspersi, tarsis simplicibus.

Genitalia non tumida, sed plana ad apicem, sulcata, et appendicula porrecta prædita, infera, setulosa.

Fæminam non vidi sed marem tantum legi in torrente *arda*, ditionis parmensis.

Sp. 12. L. LITOREA *Fall. Mgn. Zett. Wlk. Lw. Schin. Rndn.*

Nigro-fusca, epistomio griseo-cinereo: fronte-obsura vitta didyma nigra — *Antennae* atræ — *Palpi* nigri.

Thorax fusco-grisescens, scutello concolor, lineis obscuris obsoletis vel nullis.
Abdomen depressum, dorso griseo, maculis lateralibus trigonis obscure fuscis — *Halteres* capitulo fusco.
Calyptra alba, linea marginali lutescente.
Alae sub-limpidæ, ut in præcedentibus venosæ, tamen venis crassioribus et magis obscuris.
Pedes toti nigri, tarsis etiam in mare simplicibus.
Huc usque ad litora tantum Adriatici in Italia lecta.

Sp. 13. L. CRASSIUSCULA *Schn.*

Sp. a me non visa, sed faciliter a fere omnibus congeneribus distinguenda palpis nigris, non rufescentibus nec flavicantibus: et a *littorea*, cujus palpi pari modo nigri, eam sejungunt tibiæ testaceæ, non femoribus nigris concolores.
Alteras notas vide in diagnosi Schinerii.
Prope Tergestum inventa.

GENERUM ET SPECIERUM INDEX